Reg. 3. *In definiendis rebus, neque subjectum, neque attributum exigunt articulum*: Arist. ad Nicom. Ἀρετὴ ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένη λόγῳ, ᾗ ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε· & in Topicis, Ἔστι δὲ συλλογισμὸς, λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. In quibus exemplis non præfigitur articulus, nominibus ἀρετὴ & συλλογισμὸς, ut subjectis; nec nominibus ἕξις & λόγος, ut prædicatis. Sæpe tamen præfigitur articulus subjectis, ac potissimum apud Oratores, sed non prædicatis: ut Demosth. pro Corona, Ἵνα τοίνυν καὶ τὰς βλασφημίας, ἃς κατὰ τὴν Εὔβοιαν καὶ τὴν Βυζαντίων ἐποιήσατο, συκοφαντίας οὔσας ἀποδείξω, &c. In quo exemplo nomini βλασφημίας, quod est subjectum, præponitur articulus; at nomini συκοφαντίας, non item, veluti prædicato.

Reg. 4. *Genitivus possessivus Nominis vel Participii, imò & nomen ipsum à quo possessivum regitur, gaudent articulis*: ut Demosth. pro Corona: Ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις, ἄν τις ὀρθῶς σκοπῇ, ταῖς τῶν τότε ἐπαινουμένων ἀνδρῶν ὁμοία καὶ ταὐτὰ βουλομένη φανήσεται, ἡ δὲ σὴ ταῖς τῶν τοιούτοις τότε συκοφαντούντων. Ubi nomini, unà cum Participio ἐπαινουμένων & συκοφαντούντων, præfigitur articulus. Præterea in hoc exemplo observandi sunt articuli, qui immediatè gaudent poni; ut ταῖς, τῶν, τῶν, &c. Insuper licet non exprimatur nomen substantivum in secundo membro periodi, viz. πολιτείαις, magno tamen cum lepore subintelligitur, quemadmodum & in priori. Interdum verò hic articulus genitivi possessivi omittitur, & potissimùm in nominibus propriis, ut in exemplo secundæ Regulæ videre est. Διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, &c. & Demosth. pro Corona, Οὐ δὲ γ' ἡττήθην ἐγὼ τοῖς λογισμοῖς Φιλίππου.

Reg. 5. *Nomen quod ante se vel post se habet Pronomen* ἐκεῖνος, η, ο, vel οὗτος, αὕτη, τοῦτο, *semper exigit articulum.* Demosth. pro Corona: Δῆλον γὰρ ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, &c. Idem Λέγε δή μοι αὐτῷ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα. Et Lysias contra Theom. Οὐχ οὗτος ὁ λόγος ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασται. Idem pro Aristoph. Πολλήν μοι ἀπορίαν παρέχει ὁ ἀγὼν οὗτοσί, ὦ ἄνδρες δικασταί.

Reg. 6. *Articulus locum habet in divisionibus, adjunctis particulis conjunctivis* μὲν, *quæ præponi, &* δὲ *quæ subsequi solet.* Hic modus loquendi perelegans quidem est & usitatissimus. Isocr. ad Nicocl. Διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καὶ τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι κατιδόντες τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων, ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις κατεχρήσαντο πρὸς τὴν ποίησιν, ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ πράξεις κατέστησαν: ubi clarè patet ὁ μὲν (Homerus sc.) & οἱ δὲ (sc. Tragici)

Reg. 7. *Nomina propria seu Cognomina, si solitariè ponuntur, rarò adsciscunt articulum.* Lysias contra Alcibiadem: Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ φίλῳ ὄντι Ἀρχεστρατίδῃ βοηθῶν καὶ Ἀλκιβιάδην ἐχθρὸν ὄντα ἐμαυτοῦ τιμωρούμενος, δέομαι τὰ δίκαια ψηφίσασθαι. Idem pro Arist. Πρῶτον μὲν γὰρ βουλόμενος Κόνωνος πέμπειν τινὰ εἰς Σικελίαν ᾤχετο ὑποστὰς μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου.

Interdum tamen illo gaudent. Demosth. adversus Aristocr. Ὡς δὲ συλλέξας δύναμιν παρῆν ὁ Ἀρτάβαζος ἀτειμένος παρὰ τοῦ Αὐτοφραδάτου.

Quod si proprium nomen cum cognomine, vel utrumque cum nomine Patriæ unà ponantur; sæpius accidit, ut ultimum solummodo sortiatur articulum: Ut Lysias contra Eratosthenem: Ἀνέβη μὲν τοίνυν πολλῶν λοιδοριῶν αὐτοῖς γενομένων Ἀρχέστρατος ὁ Φρεάρριος, &c. Et alibi; Τούτων τοίνυν Φείδων ὁ τῶν τριάκοντα γενόμενος καὶ Ἱπποκλῆς καὶ Ἐπιχάρης, ὁ Λαμπτρεὺς, &c.

Si verò nomen Patriæ non datur in recto instar adjectivi (ut in prædicto exemplo Λαμπτρεὺς,) *sed necesse sit ut nomen Patriæ*

triæ in diverso casu ponatur cum aliqua præpositione, vel adverbialiter, tunc articulo maximè gaudet. Demosth. adversus Andr. Οὗτος ἢ εἰσέπραξε Λυσίαν τὸν ἐκ Κοίλης τέτταρας καὶ τετταράκοντα δραχμὰς καὶ Θεόξενον τὸν Ἀλωπεκῆθεν δραχμὰς ὁ καὶ μικρόν τι πρός.

Reg. 8. *Nomina propria post se recipiunt articulum, cum genitivo possessivo parentum.* Quo in loco articulus denotat filium, qui interdum, tametsi rarissimè, exprimitur; ut Halicar. Λυσίας ὁ Κεφάλε Συρακούσιον μὲν ἦν γονέων, ἐγεννήθη δ' Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρί. h. e. *Lysias Cephali filius*, &c. Hoc tamen nil impedit quo minus id genus nomina careant tali articulo; ut Demosth. pro Corona: Ἐπὶ Χαιρωνίδε Ἄρχοντος Ἑκατομβαιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος τοῦ Λεωσθένους Ἀναφλυστίου, h. e. *filius Atrometi*, &c.

Reg. 9. *Pronomen demonstrativum* οὗτος αὕτη, τοῦτο, *conjunctum cum adjectivis in gradu superlativo, quibus terminus universalis* πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *superadditur ante istum terminum vendicat articulum, idque venustè admodum*, &c. In Nicom. Καὶ ὁ πάντων οὗτος πονηρότατος οὕτω φανερῶς συνεστασίασεν, &c. h. e. *Et hic omnium sceleratissimus ita apertè collusionem suam prodidit.*

Reg. 10. *Terminus Universalis* πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *nominibus præpositus, articulum post se requirit:* ut Demosth. pro Corona: Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι δικαίας, οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα. Lysias contra Theom. Ἐγὼ γοῦν δεξαίμην ἂν πάσας τὰς ἀσπίδας ἐρρίφέναι ἢ τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ τὸν πατέρα.

Demosth. pro Coron. Ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς τῆς νῦν εἰρήνης.

Quod si terminus universalis privetur nomine substantivo vel adjectivo, tunc articulum ante se eleganter exigit, ita tamen ut articulum inter & nomen universale aliquid inseri debeat. Lysias in Nicom. Οὕτω γὰρ ἀνόμως διοικηθήσεται τὰ κατὰ τὴν πόλιν πάντα.

Reg. 11. Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, *in re certâ ante se exigit articulum*; ut Plato de legibus. Τὸ μὲν γὰρ κλαπὲν δὴ χρεὼν διπλάσιον πρῶτον ἐκτίνειν, ἐὰν ὄφλη τις τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχῃ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἀποτίνειν. Lysias de Niciæ bonis publ. Ἀλλ' οἷς μάλιστα προσήκει καὶ διὰ γένος, καὶ διὰ πλοῦτον, καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν τιμᾶσθαι. Isoc. de pace; Ἀλλὰ τὰς μὲν τυραννίδας ἡγεῖσθαι χαλεπὰς εἶναι, καὶ βλαβερὰς οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτάς.

Lysias ad Delationem. Καίτοι ὅστις τούτοις φθονεῖ, οὓς οἱ ἄλλοι ἐλεοῦσι, τινὸς ἂν ὑμῖν ὁ τοιοῦτος ἀποσχέσθαι δοκεῖ πονηρίας;

Quod si Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, *notam quandam indeterminatam secum conjunctam habet, tunc secundum primam regulam articulo destituitur:* ut Demosth. in Onit. Καὶ γὰρ οὐδὲ λόγον τὸ πρᾶγμα ἔχον ἐστὶ τὸν αὐτὸν ἅπαλ μὴ δυνάμενον κομίσασθαι τάλαντον, τοῦτον ἄλλῳ τινὶ φάσκειν, ἀποτίσειν καὶ ταῦτ' ἐγγυᾶσθαι. h. e. Nullâ etenim ratione nititur hæc causa, qui ipse talentum recuperare nequeat, cum alteri cuipiam se satis esse facturum polliceri, atq; adeò spondere. Et inferiùs Ἐπεὶ φέρε πῶς ἐστι δίκαιον τῆς ἀδελφῆς τῆς σῆς μηδέπω καὶ τήμερον ἄλλῳ συνοικούσης, μηδ' ἀπηλλαγμένης Ἀφόβε, μηδὲ τὴν προῖκα δεδωκότος τούτε, μηδ' ὑπὲρ τούτων εἰς βάσανον, μηδ' εἰς ἄλλο δίκαιον μηδὲν καταφυγεῖν ἐθέλοντος; h. e. Aut qui æquum est sorore tuâ nè hodie quidem alteri cuipiam nuptâ, nec ab Aphobo desertâ, neq; per illum dote numeratâ, quæ in his rebus neq; quæstionis, nec ullum aliud jus accipit?

Reg. 12. *Genitivus partitivus semper gaudet articulo* Isoc. Orat. Panathen. Ἔτι δ' ἐκ μὴ τῶν καταβεβλημένων εἰς τὴν, μηδὲ τῶν καταμεμελημένων, ἀλλ' ἐκείνων, περὶ ὧν οἱ χαριέστατοι τῶν Ἑλλήνων καὶ μνησθεῖεν ἄν, καὶ διαλεχθεῖεν ὡς συνουσίαν ὄντων Lysias in Apolog. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐμῶν φίλων τοιοῦτον ἀγῶνα ἠγωνίζετο, ὑμᾶς ἂν ἠξίουν ἐμοὶ δοῦναι τὴν χάριν.

Reg. 13. *Nulla Pronomina ante se requirunt articulum.* Ut Lysias pro Arist. Αὐτοὶ γὰρ ἔναγχος ἠκούετε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, &c Et inferiùs, Ἔδει λοιπὸν δ' ἐκεῖνε λογίζεσθαι, &c.

Pronomen verò αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, *quando sonat idem, eadem, idem, tunc necessario ante se postulat articulum.* Ut Demost. pro Coron. Ἐστὶ δ' οὐχ ὁ λόγος τοῦ Ῥήτορος, Αἰσχίνη, τίμιος, οὐδ' ὁ τόνος τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τὸ ταυτὰ προαιρεῖσθαι τοῖς πολλοῖς, καὶ τὸ τοὺς αὐτοὺς μισεῖν καὶ φιλεῖν, οὕσπερ ἂν ἡ πατρίς. h. e. Non est enim Oratoris honoranda oratio, ô Æschines, neq; sonus vocis, sed quod eadem cum populo eligat, & eosdem quos & patria amet & odio habeat.

Reg. 14. *Quando præcedunt nominibus adjectivis, & nominibus propriis adverbia* οὕτω vel οὕτως, *imò & nomen* τοσοῦτος, τοσαύτη, τοσοῦτο, *tunc adjectiva nullatenus exigunt articulum.* Lys. in Apolog. Ἐγὼ δ' οὕτω πολλοὺς κινδύνους ὑπὲρ ὑμῶν κεκινδυνευκὼς, καὶ τοσαῦτα ἀγαθὰ εἰργασμένος τὴν πόλιν, νῦν δέομαι μὴ στερηθῆναι τῶν ἐμαυτοῦ. Et alibi Ἀκηκοὼς δ' οὕτως ἄνομον καὶ δεινὸν πρᾶγμα, &c.

Reg. 15. Πολλοὶ, πολλαὶ, πολλὰ, *si numerum designant* ἀπεριόριστον, i. e. *indeterminatum, nullatenus exigunt articulum.* Isoc. de pace. Καὶ ταῦτα ἑορῶντες αὐτοί τε τὴν πόλιν εὐδαιμόνιζον καὶ πολλοὶ τῶν νῦν οὐκ ἐχόντων ἐμακάριζον αὐτήν. h. e. quæ dum facerent, cum ipse tum multi non mentis compotes urbis felicitatem prædicabant. Et inferius, Εἰς ἃς πολλοὶ καὶ τῶν ἀστυγειτόνων, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων ἐφοίτων οὐ συμπενθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας, ἀλλ' ἐφησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. h. e. ad quos multi è finitimis aliisq; Græcis conveniebant, &c. Lysias contra Frumentarios; Πολλοί μὲν προσεληλύθασιν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, θαυμάζοντες, h. e. Multi me adierunt, ô Judices, admiratione ducti. Demosth. in Aphobum; τούτων τοίνυν εἰσὶ μὲν πολλοὶ μάρτυρες, ἔτι δ' οὐκ ἐλάττω τεκμήρια τῶν μαρτύρων. h.e. Cùm autem harum rerum multi testes sint, non minora etiam argumenta nobis suppetunt.

Quod si πολλοὶ *sonat* πλῆθος, h. e. *Vulgus, vel populus, tunc necessario desiderat articulum.* Ut Isoc. ad Demon. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν, οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν. h. e. Cave criminationes etiamsi falsas, vulgus enim veritatem ignorat, sed ex famâ & opinione judicat. Demosth. adversus Timocrat. Τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία, καὶ βέβαιος τῶν νόμων; ὑμεῖς οἱ πολλοί. h. e. Quæ igitur sola est custodia, & justa, & firma legum? Vos Populus. Idem περὶ συντάξεως. Νῦν δ' οἱ πολλοὶ τοῦτο λέγουσιν, ὡς Κέρκυραν εἷλε Τιμόθεος. h. e. Nunc verò vulgus hoc dicunt, quod Cercyram cepit Timotheus.

Pari modo πολλοὶ, πολλαὶ, πολλὰ, *si sese habeant ut subjecta in oratione, non respuunt articulum.* Exempl. K. R. Τὰ γὰρ πολλὰ δεινὰ τὰ τῷ υἱῷ αὐτοῦ τότε συμβεβηκότα, αἴτια γέγονε τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα ἐξαίφνης ἐμπλῆσαι θανάτῳ. h. e. Multæ clades, quæ, tunc temporis filio ipsius contigerunt, in causâ fuere, cur pater è vivis excesserit. Demosth. pro Formione, Τὰ μὲν οὖν πολλὰ, ἂν Ἀπολλόδωρος ἐρεῖ, νομίζετε εἶναι λόγον καὶ συκοφαντίαν h.e. verba verò multa, quibus Apollodorus utitur, nugas esse & calumnias putate.

Verum πολὺς, πολλὴ, πολὺ, quando ponuntur ἀπεριορίστως respuunt prorsus articulum, ut Lysias adversus Pancleon: Ὃς γὰρ ἀδικῶν με πολὺν χρόνον οὐκ ἐπαύετο h. e. hic enim cum me jamdudum negotium facessere non desisteret. Idem ad Nicom. Περὶ δὲ τῶν μεγίστων τοὺς αὐτοὺς ἔχει πολὺν χρόνον κυρίους εἶναι, h. e. Vos in maximis magistratibus eosdem finitis longo jam tempore summum obtinere magistratum.

Reg. 16. Πλεῖστοι, πλεῖσται, πλεῖστα, *Cùm obtinent locum subjecti gaudent articulo.* Isoc. de Pace, Εὑρήσετε γὰρ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνοντας, καὶ πλείους ἐπιθυμίας ἔχοντας τῶν κακῶν, ἢ τῶν ἀγαθῶν.

Reg. 17. Μὰ Adverbium jurandi nomini subsequenti articulum largitur. Dem. in Aphob. Μὰ τοὺς θεοὺς ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνέχομαι ἐπιδεῖξαι τοῦτ' ἀκριβέστερον, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον. Ego Medius fidius, &c.

Quod si conjungatur cum nomine Δία *respuit prorsus.* Ut Demost. ibid. Οὐ μὰ Δία οὐχ ὅτι τὸν Μιλύαν ὡμολόγησεν εἶναι ἐλεύθερον. Non mehercle quod, &c.

Regula prædicta convenit etiam particulæ νὴ. Idem pro Formione; Κἂν ταῦτα ποιῆτε, αὐτοί τ' εὐορκήσετε, καὶ τοῦτον δικαίας σώσετε ἄξιον ὄντα νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας. Non tamen impedit, quin interdum nomen Δία articulo destituatur, ut Demosth. de ordinan. Repub. καὶ νὴ Δία ὦ Ἄνδρες, &c.

Reg. 18. *Nomina Appellativa, seu adjectiva virorum, qui in aliquâ arte seu scientiâ excelluerunt, necessario articulo insigniri debent.* Ut cùm vellem indicare Homerum, dico ὁ ποιητής.

ητὴς & Arist. ὁ φιλόσοφος, quia sicut hic Philosophiâ, ita ille Poësi primas tenet.

Reg. 19. *Sæpe articulus destituitur Participio magnâ cum elegantia, idq; cum variis præpositionibus, vel adverbiis, quæ mediatè subsequi solent articulum,* ut οἱ ἐν πόλεσιν, h. e. Cives, Oppidani. Οἱ ἐν ἡλικίᾳ, Adolescentes. Οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον, emeriti, Οἱ ἐν ὅπλοις, Milites. In quibus omnibus subintelligitur Participium ὄντες vel γινόμενοι, vel quid simile. Demosth. in Philipp. Καὶ γάρ τοι διεστηκότων εἰς δύο μέρη πάντων τῶν ἐν πόλεσιν, h.e. cum oppidani in duas partes, &c. Idem de ordinand. Rep. Λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ χρῆναι τὸ ἴσον ἕκαστον, τὸν μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρατιωτικόν, τὸν δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον ἐξεταστικόν.

Pari modo, Οἱ ἔπειτα, posteri, τὸ ἔπειτα, posteritas, οἱ πρόσθεν, prisci, οἱ πόρρω, dissiti, οἱ περὶ τὸν Βασιλέα, qui stant à parte Regis. Οἱ περὶ τὰ ἱερὰ, Sacerdotes, &c.

Reg. 20. *Sæpissimè articulus neutrius generis præponitur infinitivo, ubi infinitivus pro nomine sumitur.* Demosth. In Olynth. 3. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὸν καὶ ἀκούων σύνοιδα τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι, τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, ἢ τῷ μὴ συνιέναι. Ubi τῷ μὴ βούλεσθαι pro neglectu, & τῷ μὴ συνιέναι pro inscitiâ sumitur. Pari modo dicitur τὸ σπουδάζειν, studium, τὸ σωφρονεῖν, temperantia, Τὸ φρονεῖν, Prudentia, &c.

Reg. 21. *Nomina κλητικὰ respuunt prorsus articulum:* ut Dem. pro Corona; Πρῶτον μὲν ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c.

Reg. 22. *Articulus neutrius generis vel uni tantum dictioni, vel pluribus materialiter vel artificialiter positis, solet præponi.* Arist. de Interp. οἷον ἐν τῷ ἐπακτροκέλης, τὸ κέλης οὐδὲν τι σημαίνει καθ' αὑτό. idem paulo inferius, Τὸ δὲ οὐκ ἄνθρωπος, ubi notandum est hujuscemodi articulum vocari ἄρθρον ἐντεχνον, quoniam ex consulto præponitur illis dictionibus, quæ pro seipsis accipiuntur. Qui modus loquendi peculiaris tantùm est Græcis, quo explicant suas mentes ἐμφαντικῶς καὶ διαρρήδην, h. e. Enucleatè & clarè: ut Dem. in Orat. 3. Ὀλυνθ. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ὑπάρξῃ, τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον ἐξέσται σκοπεῖν, h. e. Si enim certo hoc constiterit, tum quâ ratione quis illum ulciscatur, licebit despicere, quo in loco articulus τοῦ complectitur hæc omnia τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον ἐξέσται σκοπεῖν, Pro coron. idem: μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ. Nè adversarium adhibeatis in consilium, de modo quo me audire vos oporteat.

Observandum est Poëtas & potissimum Hom. raro uti articulis præpositivis, ut Il. ῥαψ. θ. εἴσομαι αἴ κε μ' ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης.

Aristoph. tamen crebrò iis utitur,

> Ἢν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ,
> Δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
> Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν, &c.

Illud præterea non ignorandum est Poëtas sæpè usurpari articulis præpositivis loco pronominum ut Hom. Il. ῥαψ. β. οἱ μὲν ἐπήρυσαν, τοὶ δ' ἡγέοντο μάλ' ὦκα, pro οὗτοι vel ἐκεῖνοι.

Interdum etiam Oratores usurpant hunc articulum pro τὶς vel τὶ, ut Demosth. in Orat. Olynth. 3. ἀλλὰ θαυμάζω εἴ τῳ ποτε ἀνθρώπων ἢ γέγονεν ἢ γένησεται, &c. pro εἴ τινί ποτε ἀνθρώπων. Et Idem pro Coronâ Ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ pro τινί.

FINIS.

POSTSCRIPTUM SECUNDUM.

SUpereſt unicum, quod licet ultimò, quàm maximè tamen ſeriô, Vobis, Cordatis, & ſeriis Studioſis omnibus, propoſitum velim intentiſſimè perpendendum: Id autem eſt: ut, ſtudioſos, quamvis optarim omnes, acumine congruo præditos, quàm celerrimè poſſent, (& pro poſſe, hâc vice, meo, eos adjuvarim in itinere) literatas adirent *Athenas*; eaſque, pro perſpectione plena, peragrarent; minimè tamen vellem, ut, in earum plateis, quantumvis licet decoratis, Ornamentis quibuſvis variegatis, totam tranſigerent vitam, nec ulteriùs progrederentur; ſed iis ſemel perluſtratis ſolide; quamprimùm poſſent poſtea, lumbos accingerent, &, totis viribus, ad ſacroſancta contenderent *Hieroſolyma*; Ad *Hieroſolyma*, inquam, Civitatem, (variè conſideratam,) tantâ, dignitatis & gloriæ, diſtantiâ, non tantùm *Athenas*, ſed reliquas, in Univerſo terrarum orbe, cunctas ſuperantem urbes, quantâ, Cœlum ipſum ultimum & ſupremum, terram ſuperat imam etiam & infimam; quippe, quæ, Civitas Maxima, Regis Maximi, Dei nimirùm, ipſius, à Deo ipſo, nominatur; &, in qua, non ſolum, antiquitùs, Deus ipſe, familiaribus ſuis, modis quibus voluit, variis, erat notus; eoſque ſæpiſſimè, familiariter, eſt allocutus; Sed, &, Novè, temporum ſcilicet in plenitudine, cum hominibus quibuſvis, opportunè ſibi obviis, familiariſſimè, & in carne, converſatus eſt; &, in qua, ſacroſancta hæc Eloquia atque Salutaria, quæ Deus ipſe Glorioſus, cum hominibus, differebat, homo; reponebantur; ut Theſaurus Cœleſtiſſimus, planè, ac plenè Divinus; debito tempore, terminatâque menſurâ, per totum terrarum Orbem, & per Futuras Generationes hominum omnes, communicandus, evulgandus, & diſtribuendus. Hanccine Civitatem, talem, tantam, & Prærogativis adeo, divinitus, donatam Glorioſis, juvenes, & Studiis dediti, cuncti curioſi, non vultis inviſere? Portionis veſtræ, ex Theſauro illo Divino, *Hieroſolymis* repoſito, viz. Ex Divinis Eloquiis, Univerſum Orbem, aliquando, pervolandis, negligetis, aut cunctabimini, participes fieri? *Homerum* aut *Demoſthenem*, &c. *Horatium*, aut *Ciceronem*, &c. Vel alios quoſvis, hujuſmodi Claros, *Athenis*, vel *Romæ*, canentes, vel perorantes, ardenter vultis captare? & eorum verba, hiatu peravido, vultis aucupari? &, pretioſiſſimum veſtrum tempus totum, cum iis, vultis conterere? Atque, interim, *Moſen* & *Prophetas*, aut hujuſmodi viros, verè cœleſtes, & numine, prorſus, ac verè Divino, raptos & elatos, *Hieroſolymis*, & cœlitùs eloquentes, immo, Altiſſimum ipſum, tam, ut Deum, quàm ut hominem, exinde, altitonantem, & verba, verè, & reipsâ, Divina, fundentem, dignari non vultis auditu? Longiſſimè abſit, & avertatur, ab omnibus animis ingenuè Studioſis, influxus hujuſmodi adeo infernalis: Sed, oportet cohibeam meipſum: Novi ſatis, Lectores quoſlibet Cordatos, noſſe, quò tendam: Atque, equidem, ut, intima proferam excogitata; ex quo, Lingua Sacroſancta, Hebraica, & Veteris Canonis Textus Sacroſanctus, in ea, ſcriptus, Ope Divinâ, reddebatur aliquo modo mihi familiaris; ſum, exinde, ſemper Opinatus, in unica re qualibet alia nulla, Orci ſtratagemata, prævaluiſſe magis, contra felices, & efficaces, Religionis Chriſtianæ, progreſſus, in puritate Doctrinæ, & Pietate vivida; quàm, in adeo generali neglectu, & notitiæ defectu, Linguæ Hebraicæ, verè divinæ: In illa, namque, & in textu, divinitùs, nobis, in ea, tradito, ſi ſolidè, ſerióque, ſaperent homines, & ſalutares, exinde, ſcaturientes aquas, ſeipſos aſſueſcerent exhaurire; tantam, adeóque efficacem, medullam, & adipem Spiritualem, cœleſtem, & ſalvificam, ubertiſſimè, ad ſolatium animarum, perciperent, affluentem; ut, quicquid, Divino, ac Cœleſti ſapore, non tinctum, prorſus iis eſſet inſipidum, penitúſque faſtidiendum: In textu, præterea, ipſo Divino, alta, profundáque adeo myſteria, quotidie perſpicerent, non ſolùm, indaganda, & eruenda; ſed, &, diligenti, humilíque ſcrutinio, certiſſimè reperienda, ad animarum, adeo uberrimam expletionem; ut, pleræque iſtæ controverſiæ litigioſæ, quæ Orbem Chriſtianum, & varias, in eo, Sectas, & Societates, tam diu vexarunt & diſtorſerunt, &, quibus uſus eſt inimicus hominum Salutis, pro Stratagematis ejus præcipuis, ad Concordiam & Charitatem, inter Chriſtianos, ſubmovendam, & ad diſſidii animorum ſemina, inter eos, pernicioſiſſimè ſpargenda; Textuali Viro, cum contemptu, faſtidióque maximo, forent deſpiciendæ, &, ut tales minutiæ triviales, abigendæ, quarum, vix ſingula earum centena, tanti haberetur illi, ut, à textu ipſo Sacro, horulâ vel unicâ, ad eam penſitandam, nedum diſputandam, ſeipſum avocari, pateretur: Quæ autem, revera, ſolidæ eſſent, ac Divinæ veritates, pro quibus, quidem, acriter contendere par eſt; eæ, luculenter adeo, ipſi, ex ipſo Textu intellecto, paterent conſpicuæ, ut, errores, & veritatibus iis contraria figmenta, ſtatim rejiceret, ac, in veritate quacunque, ibi, divinitùs fundata & firmata, ſedatus, & quietè, diſcumberet, fixus, & ſtabilitus, ut rupes, contra cunctos fluctus infernales, veritatem talem concutientes, aut labefactare tendentes: Et, qui aliter fieri poteſt? Cùm Deus ipſe, in Textu loquens, ſubminiſtret quoque Spiritum ejus, ad verum verborum ejus intellectum, rectè, ſcilicet, debitéque lecturientibus. Hæc, cum

ita sint; minimè mirum est, eos, qui contemptui, aut neglectui, habeant fontes, salutis ipsius, & vitæ Spiritualis, ac veræ, scaturientes aquas; sibi ipsis, cisternas aridas, & aquarum salutarium minimè capaces, effossuros; ita enim, talibus, vere, ac severe, veritas ipsa minitatur. Hujusmodi plura, immo, plurima, Theologiæ, præcipuè studiosis, restant suggerenda; hic, autem, non tam tempori, quam ultimæ, hujus Operis, diu expectati, Schedulæ, Chartæ parcendum perituræ. Vos autem, & reliquos cunctos Christianos Studiosos, sciscitari vellem; quamnam ob causam? & præjudicio quonam? contemptui habetis, aut neglectui, studia Hebraica? An quia studia hæc, præ Linguarum studiis aliarum, difficiliora multò sint, & intricatiora? Tale nihil verum est, ingenui Studiosi; Immo, vanissimum, hoc, & falsissimum esse præjudicium, plenè potuit & fusè demonstrari, cùm ex natura, & proprietatibus ipsius Sanctæ Linguæ, docendæ, discendæque, facillimæ; (utpote, in cujus nominibus, nulli sunt casus variandi, & in cujus Verbis & Conjugationibus, modi sunt nulli, præter unum, in aliis Linguis, Indicativum appellatum; & tempora tantùm sunt duo, Præteritum, & Futurum; pro præsentibus, nimirum, in ea, participiis usurpatis; &, in toto Textu, bis viginti, vix occurrunt, appellativa composita, &c. Ac proinde,) &, præ omnibus aliis ab ea Derivatis, (quippe, aliarum omnium, primævæ Matris, & Originis,) immensis vere (ut ab immenso, proficiscentis, Deo) parasangiis, simplicissimæ: Tum, ex eruditorum multorum, immo ex quorumvis, solidè ac seriò sese studiis hisce dicantium, experientiâ, planè contrarium, plenè comprobante, plenissiméque demonstrante, facillima, simul ac jucundissima esse, hujus Linguæ, divinitùs, primævæ, studia: Ex quibus, ego, (vix talia publicè declarandus, nedum jactabundus, absque hoc motivo, mihi non exiguo, viz. ad exacuenda studiosorum ingenia, & ad incitandam eorum indolem & industriam, ut Linguæ Sanctæ studia, cum alacritate capesserent;) non possum, non, Lectoribus omnibus, indicare; quod, quum Hebraicis studiis meipsum applicui, ab Alphabeto etiam ipso, exorsus, exarando, neminéque etiam existente mihi præceptore, aut docente quopiam; cum *Ariomontani* Bibliis interlinearibus, & *Buxtorfii* Grammatica, Lexicóque; quatuor mensium temporis spatio, Divinâ Ope, Studiis, & Industriæ meæ, propitiâ; eo usque sum progressus, ut *Psalmos*, *Jesaiam*, *Jobum*, & *Prophetas minores*, Textus Hebraici difficillimos libros, totos, Vocabula resolvendo, perlegerim; & reliquos libros Historicos Hebraicos, reddiderim mihi familiares, etiam ad eos, sine punctis Vocalibus, legendos, & intelligendos, & quatuor, circiter, aliis succedentibus mensibus, eosdem prædictos libros difficiliores, rursus, semel; Chaldaicáque Textualia, secundâ, vel tertiâ vice, resolveram; atque simul, Chaldaicæ, Syriacæque Grammatices compendia transcripseram, & *Syriacum Psalterium*, intellectu facile mihi dederam: Qualis progressus, etiam ulterior, fieri posse, ex hoc apparet evidens; quòd, postea, studiosos varios, in Fundamentis Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacæ Grammatices, Hebraico, Chaldaicóque textui Biblico, & *Psalterio Syriaco*, congruenter adeo applicandis, edocui; ut, in iis, præceptore, non ulteriùs indigerent:- idque quatuor vel quinque mensibus, bis, vel ter, hebdomade, & singulis vicibus, horis, circiter, tantummodò duabus, eos conveniens: Immo, septimanâ, tantum, unicâ, studentes quosdam ingeniosos, quos tempus, & occasiones, urgebant, in Fundamentis Linguæ Hebraicæ necessariis, & in iis, praxi textuali applicandis, institui, & in tantum edocui, ut ipsi perviderent, se nihil ulteriùs indigere præceptore, ad Biblia Hebraica perlegenda, & intelligenda, si eorum propriam adhiberent Operam solidè studiosam, in libris utendis, quos iis, in hunc finem ostendi, vel exhibui: Quænam igitur imaginari possit, in hujusmodi Lingua ediscenda, difficultas? quum, multa talia, multorum experientiis, comprobata sint, & comprobari possint, si concurrere contingant, apti discipuli, cum præceptoribus aptis. Fortean, autem, suspicari possit, nullas, vel paucas, habere hanc Linguam, illecebras, vel utilitates, quæ ingenua captent & inclinent ingenia, ad ejus studia capessenda: At, falsissima, talia esse præjudicia, satis id ostendit, quod, nunquam, quisquam, Linguæ Sanctæ solidè gnarus, & Divinæ Veritatis, in ea, primitùs, exhibitæ nobis, Amicus Cordatus, hujusmodi quidpiam asseruerit; Immo, è contrà, clamant, ad unum omnes, discipuli cœlestes, cœlitùs, in cœlesti Lingua edocti; non solum, in nulla alia Lingua, sed, &, in nulla alia re subcœlesti quapiam, delitias posse reperiri tales, Spirituales, & cœlestes, animos, animásque, plenè raptantes; quales, certissimè, reperiendæ sunt, in Divinis verbis & veritatibus, in Hebræo, primitùs, (&, ex eo, deinde, in Græco) textu, contentis, &, hominibus ad salutem animarum æternam, divinitùs donatis: Testis sit, instar omnium, unus, isque Regius: Centies, enim, & ultrà, in *Davidick*, non solum, Regiis, sed verè Divinis hymnis, attestatur hoc expertum, & inculcatur: Gaudia nimirum, ex ipsis, auri vel argenti, Thesauris etiam millibus, vel, ex quibuslibet aliis, sub ipso Deo, rebus etiam maximè desiderabilibus, atque pretiosissimis, quàm maximè affluentibus, exorta; nunquam esse, cum lætitiis hisce Spiritualibus, ex unico, Verborum ipsius Dei, Divinarúmque veritatum, in iis exhibitarum, Thesauro, uberrime manantibus, imaginabili proportione quacunque, conferenda: Atque inde patet, itidem, evidentissime; neque studia Linguarum quarumvis aliarum, aut omnium, cum studio Linguæ hujus, in qua, verba ipsius Dei, veritatésque Divinæ, nobis, ab ipso Deo, exhibentur, imaginatione qualibet, æquiparari posse, rationali: Et, quinam aliter esse possit? Num enim, excogitata humana, cum ipsis Dei, sint comparanda, cogitatis? Quæret igitur aliquis, Quænam est Prærogativa, Sacrosanctæ Linguæ Hebrææ, præ Linguis omnibus aliis? Immo, multis, maxima, modis; Hæc enim

enim Lingua, ipsius Immensi Dei halitu, cum ipsa anima rationali & Immortali, primo homini, (&, in eo, posteris ejus omnibus, itidem, ab eo, communicanda; nisi, prius à Deo ipso, per fidè defecissent; ac, proinde, postea, ut à Deo ipso, ita, ab ejus Lingua, ut extorres ablegati, debita poena, justóque judicio, alieni redditi essent & extranei;) primitus erat inspirata & infusa: Deinde, in hac ipsa Lingua, Oracula Divina, primitùs tradita fuere conservanda, & hominibus, ad viam, salutis eorum æternæ, demonstrandam, exhibenda: Quibus Prærogativis quænam imaginari possunt eminentiores? Erigite igitur, & arrigite vosmet ipsos, Studentes omnes Ingenui, ut, quamprimùm possitis, (non solum, ad literaturam vestram adaugendam & complendam; sed &, præcipuè, ad vestrarum salutem animarum, promovendam, & consequendam;) aquas exhauriatis salutares, ex fontibus ipsius salutis; ex ipsius Dei nimirùm, verbis, & veritatibus Divinis in iis comprehensis, ac vobis, ad salutem vestram æternam, in Hebræo textu primitùs conscriptis: Præsertim, vero, munus hoc, non minus, quam necessariò, suscipiendum, incumbit vobis, qui S. Theologiæ studetis, aut intenditis esse candidati: Ob curam animarum, pastoribus Ecclesiæ concreditam: Quid enim, num, pro præceptore, haberetis eum, idoneo, ad prælegendum vobis, & edocendum *Homerum*, aut *Demosthenem*, &c. Qui nihil unquam ipse didicerat Græcè, sed tantum nôrit, eorum aut talium, Authorum, versionem aliquam Latinam: Discipuli quilibet, alterius Scholæ, Græcè edocti, sub alio præceptore, Græce prælegente; quibus opprobriis, & invectivis Satyricis, mordaciter insectari possent, audaciam hujusmodi didascali præfidentis? & temerariam ejus ignorantiam, unà cum futili, discipulorum ejus, profectu, in studiis eorum, irridere possent? Talibus, omnino, vel paribus, si non pejoribus, opprobriis, videntur obnoxii, qui verborum *Mosis* & *Prophetarum* sese jactitant, Interpretes, & exinde Theologastros; quum ea nunquam legerint, nec intellexerint, nisi per translationes quasdam, *Latinas*, vel *Anglicanas*, aut alias quascunq; Vulgares; quas non nôrunt, nec intelligunt num veræ sint, necne; quoniam, eas, cum ipsis Dei verbis, per *Mosen* & *Prophetas*, descriptis, non possunt conferre; nec talem ullam, possunt ex seipsis, instituere collationem. Longe multò, possent hæc ulteriùs deduci; sed hìc, hac vice, subsistam; (Pudet, enim, & piget, hujusmodi, verè nimis, & communiter adeo, posse dici; nec posse refelli,) &, ut, Cordati cuncti Studiosi, quibus cordi est, Veritates Divinas, prout, in ipsius Dei verbis, (&, non, tantùm, in versionibus humanis,) patefactas, pernoscere; in optimis mediis, ad hunc finem, (infra Deum ipsum, &, in eo Salutem, Optimum) assequendum, ab ipso Deo, hujusmodi conatibus, semper, propitio, feliciter dirigantur; persistam, quamdiu, Dei beneplacito, vita mihi superfuerit, supplex orans,

Gulielmus Robertson.

ת ל

ע מ י   ע ש ו

CORNELII SCHREVELII

LEXICON MANUALE Græco-Latinum.

A.

A Prima est apud Græcos litera, quam vocant ἄλφα, à prima Hebræorum Aleph. Interdum est nota numeralis, significans primum; sicut β, secundum; γ, tertium, &c. In compositione verò multiplicem habet usum: aliquando enim est στερητικὸν, & vim privandi obtinet: ut βέβαιος, stabilis; ἀβέβαιος, instabilis, &c. Aliquando est ἐπιτατικὸν, quasi dicas, intensivum, hoc est, vim addit significationi: ut in ἀχανὲς, ἄβιος. Interdum idem quod δὺς· ut ἄβατος pro δύσβατος. Nota autem, quod in quibusdam dictionibus α impunè absit, vel adsit, ut otiosum dici possit: ἀβληχρὸς, βληχρός· ἄσταχυς, στάχυς· ἀναξεῖται, νηξεῖται· στεμβελοι, ἀστέμβελοι.

A pro ε Doricé: ut αἴτε pro εἴτε.

'A pro ἡ Dor. articulus. ᾇ, quo, Dor. pro ᾗ, adverb.

A pro ω, Dor. in gen. plur. simpl. αν, sine accentu, & ᾶν, cum circumflexo. Sic α pro ω, in nom. quint. declinat. simpl. ut Ποσειδᾶν, ᾶνος, ὁ, pro Ποσειδῶν, ῶνος. Sic χρυσάσων, pro χρυσώσων, à χρυσόω· βοᾶσι pro βοῶσι.

ἃ, quæ, articulus postpos. n. g. pl. num. ab ὅ quod.

ἆ, vox quiritantis, admirantis, optantis: ut & ἆ, ἆ, ah, ah, lamentantis, ab ἆ.

'A, ἆ, ha, ha, he, ridentis, ut apud Latin.

'Αάατος, per duplicem privationem, vel per pleonasm. τοῦ α, valde noxius, & innoxius: ab α, & ἄω, vel ἄτω, βλάπτω. Th. ἀτάω. ἄατος, idem.

'Ααγὴς, έος, ὁ, ἡ, infragilis: ab α, & ἄγω, frango.

Ἄαδε, molestus fuit, aor. 2. pro ἧδε, solutione η in αα, verbi ἀαδέω. Sic, 'Ααδεῖν, turbare, afficere contumeliâ; item, egere, anxium esse; ὀχλεῖν, &c. Hesych. Thema idem.

'Ααδὶς, Dor. pro ἀηδὶς.

'Α Α Ζ Ω, exhalo, f. σω. p. κα à sono.

'Αάσθην, deceptus fui, pro ἤσθην. a. 1. pass. verbi ἀάομαι, quod ab ἄω, seu ἄημι.

'Αάθικτον, ου, τὸ; corrumpi contumax, non obnoxium damno; vide ἄθικτος, intactus, &c. Cum quo idem est, pleonasmo alterius ἀ.

'Αάμινς, aucupii instrumentum.

'Ααν ὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui perfici nequit; Hesych. & ἀανὲς, τὸ nondum absolutum, imperfectum, vel, non absolvendum, &c. ex ἀ, priv. & ἀνύω, perficio.

Ἄαπτοι, ἀάπτους, ab ἄαπτος, ου, ὁ, ἡ, non tangendus: ex α & ἅπτω, vel ἰάπτω.

'Ααρὼν, ὁ, nomen viri Hebr. ἄκλιτον· q. d. Montanus.

'Αασάμην, ω, ατο, offendi: pro ἠσάμην. a. 1. med. verbi ἄτω, vel ἄω, noceo. a. 1. ἆσα, Dor. pro ἦσα, & solutione τοῦ η in duplex breve ἄασα, & in med. ἀασάμην. Alii malunt ab ἀάσκω, noceo, ab α, & ἄτω, ex ἄω. Sic a. 1. pass. ἀάσθην, ης, η, pro ἤσθην. Th. ἀτάω.

'Αᾶσι, flant, 3. plur. ab ἄημι· ut ἵστημι, ἱστᾶσι. Th. ἄω.

'Αασμὸς, οῦ, ὁ, exhalatio, halitus; calidi efflatio; ab ἀάζω, exhalo, &c.

'Αάσχετον, intolerabile; ex α, & ἔχω, teneo: cujus 3. person. perf. pass. ἔσχηται, unde σχετὸς καὶ ἄσχετος, &, pleonasmo τοῦ α, ἀάσχετος.

Ἄαται, saturatur, 3. sing. ab ἄαμαι. Th. ἄημι. Sed ἀᾶται, 3. sing. ab ἀάομαι.

Ἄατος, ου, ὁ, ἡ, insatiabilis, innoxius: ex α, & ἀτάω, fut. ήσω, lædo.

'Αβαδδὼν, nomen Antichristi; Vastatio.

Ἄβαζος, ου, ὁ, taciturnus, mutus; ex α, priv. & βάζω, loquor.

'Αβαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Profunditate carens, ἄνευ βάθους.

Ἆβαι, teneræ, Dor. pro ἧβαι, ab ἥβη, pubes.

Ἄβαιον, paulatim, parvum; à βαιὸν, οῦ, ὁ, parvus, sive βαιὸν, parvum; & pleonasmo literæ, ἀ.

'Αβακήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mutus; item, stultus. Hesych. Suid. Th. idem.

'Αβακὴς, έος, mutus; ab α, & βάζω, loquor: hinc ἀβακέως, quieté.

'Αβάκησαν, nescierunt, aor. 1. act. Ion. ab ἀβακέω, taceo. Th. βάζω.

'Αβακίζω, quietus sum, taceo: idem quod ἀβακῶ, taceo; α, est privativum; & Thema est βάζω, loquor, dico; indè, ἀβακιζόμενος, quietus, non tumultuosus.

'Αβάκιον, ου, τὸ· est idem cum, Vel, diminutivum est ab, ἄβαξ, κος, Abaculus, tabula; sive mensa, cui vasa quælibet imponebantur; item, tabula calculatoria, &, tabula Mathematica, in qua lineæ & figuræ describi solent, &c.

'ABA'ΛE, utinam, heu: forsan ab אבל abal, lugere.

Ἄβαντα, acc. sing. ab Ἄβας, αντος, ὁ, nom. propr. viri.

'Αβάντασις, εως, ἡ, ascensus; ἀνάβασις, per Metathesin literarum, & Epenthesin τοῦ τ.

ἌΒΑΞ, κος, ὁ, abacus, item tabula, seu mensa: hinc forsan Angl. Box, Bench, & Bank, mensa numulariorum.

'Αβάπτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, immersabilis: ab α, & βαπτίζω.

Ἄβαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, intinctus: ab α, & βάπτω.

ἌΒΑΡ, ρος, τὸ; placentæ genus.

Ἀβάρης, έος, ὁ καὶ ἡ, non onerosus: ex α, & βάρος. Th. βαρύς.

Ἄβαρις, έως, ὁ καὶ ἡ, continentis habitator, cui non est βᾶρις, (quod vide) navis, vel navigium, &c.

Ἀβαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, non gravis; item Metaph. non molestus, minime gravans, &c. ex α, priv. & βαρὺς, έος, ὁ, gravis, &c.

Ἄβας, Dor. pro ἥβης, gen. ab ἥβη.

Ἀβάσαι, aor. 1. inf. act. verbi ἀβάζω, præclarè ago, extollo: ex α, pro ἄγαν, & βάζω.

Ἀβασάνιστος, ὁ καὶ ἡ, inexploratus: ab α, & βασανίζω. Unde

Ἀβασανίστως, adv. re non examinatâ.

Ἀβασίλευτος, ὁ καὶ ἡ, unde ἀβασιλεύτως, sine rege: ab α, & βασιλεύω.

Ἀβάσκανος, ου, ὁ καὶ ἡ, invidiâ vacuus, verus, Ἀψευδής. Suid. ex α priv. & βασκαίνω, fascino; item invideo, &c.

Ἀβάσκαντον, ου, τὸ, fascini amuletum; i.e. maleficia & fascinationes avertens: ab α, priv. & βασκαίνω, fascino.

Ἀβάστακτον, onus; φορτίον· ab α, epitatico, & βαστάζω.

Ἄβατος, ου, ὁ, invius: hinc ἀβάτα, Dor. pro ἀβάτη, ης, ἡ· ex α, & βατὸς, pervius, quod à βαίνω.

Ἄβαφος, ου, ὁ καὶ ἡ, non tinctus; ab α priv. & βάπτω.

Ἀββᾶ, ὁ, nomen Syriacum ἄκλιτον, Pater.

Ἄββαλε, pro ἀπέβαλε, vel ut alii, pro ἀνέβαλε, rejici, a. 2. ab ἀναβάλλω.

Ἀβέβαιος, αία, ον, infirmus: ex α, & βέβαιος.

Ἀβέβηλον, ου, τὸ, mundum, sacrum, non profanum, quod neque contrectare, nec adire fas erat: ex α priv. & βέβηλον, profanum.

Ἀβὲλ, nomen viri Hebr. ἄκλιτον, Vanitas.

Ἀβέλλω, vel ἀβέλω, circundo, corono; στέφω.

Ἀβέλτερος, stolidus ὁ τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων· hinc ἀβελτηρία, ἡ.

Ἀβιὰ, nomen viri Hebr. ἄκλιτον. Pater meus est Dominus.

Ἀβιάθαρ, nomen viri Hebr. ἄκλιτον. Pater excellens.

Ἀβίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, non coactus, sine violentia; unde τὸ ἀβίαστον, libertas; ex βιάζω, cum α priv.

Ἀβιληνὴ, ῆς, ἡ, nomen regionis.

Ἄβιος, ὁ, ἡ, cui non suppetunt ad victum necessaria; ab α priv. & βίος, victus: item dives, longævus; ab α epitat. & βίος, vita. Est & ἄβιος, valde robustus, item non violentus: à βία, vis, robur.

Ἀβιοὺδ, nomen viri Hebr. ἄκλιτον, Pater decoris, vel Decus patris.

Ἀβίωτος, ου, ὁ, ἡ, sine vita, non vitalis: à βιόω, vivo. Th. βίος.

Ἀβλαβέως, innoxiè, ab ἀβλαβὴς, έος, ὁ, ἡ, innoxius: ex α, & βλάπτω.

Ἄβλαπτος, ὁ καὶ ἡ, noxæ expers, vel innocuus: ab α, & βλάπτω.

Ἀβλαστέω, ῶ, μ. ήσω, malè germino, non succresco. Th. βλαστάνω.

Ἀβλεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, despectus, vilis, nihili; quasi indignus qui videatur: ex α priv. & βλέπω, &c.

Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas, inconsiderantia. Th. idem.

Ἀβλὴς, ῆτος, ὁ, ἡ, nondum jactus, novus. Sed ἄβλητος, nondum ictus. Utrumque ab α, & βάλλω.

Ἀβληχρὸς, ὰ, ὸν, debilis, e: ab α, otioso, & βληχρὸς, debilis. Apud Pindarum accipitur pro forti.

Ἀβλόει, sacrifica, præs. imp. act. verbi ἀβλοέω.

Ἀβοατὶ, Poët. & Dor. adv. pro comm. ἀβοητὶ, τουτέστιν ἄνευ βοῆς, ἄνευ πολέμου.

Ἀβοήθητος, ὁ καὶ ἡ, destitutus ope, vel remedio: ab α, & βοηθέω.

Ἀβόλησαν, occurrerunt, Ion. pro ἠβόλησαν, 3. plur. aor. 1. verbi ἀβολέω.

Ἄβολος, ου, ὁ, qui nondum amisit dentes ætatis indices, i. γνώμονας. Th. βάλλω.

Ἀβουλία, ας, ἡ, inopia consilii; ex α, & βουλή· hinc ἀβούλως, inconsideratè.

Ἀβουλότατα, adv. inconsultissimè.

Ἀβούτεω, gen. Ion. pro ἀβούτου, ab ἀβούτης, bobus carens: ex α, & βοῦς.

ἍΒΡΑ, ας, ἡ, vel ἅβρα, ancilla: ab אב viror.

Ἀβραὰμ, nomen viri ἄκλιτον, Pater excelsus, vel multitudinis.

Ἀβράκησαν, sonuerunt, 3. plur. aor. 1. Ion. verbi ἀβρακέω.

Ἄβραχε, Ion. 3. sing. imperf. act. verbi ἀβράχω, Poët. pro βράχω.

Ἄβρεκτος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἄβροχος.

Ἀβριθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, sine pondere: ab α, & βρίθω.

Ἀβρίξαι, a. 1. inf. act. ab ἀβρίζω, à cibo sumpto dormio.

Ἀβρόβιος, ab ἁβρὸς, & βίος.

Ἀβρόγοος, molles gemitus & mollia lamenta edens; ab ἁβρὸς, mollis, & γόος, luctus; à γοάω, gemo.

Ἀβροδίαιτος, ὁ καὶ ἡ, molliter & delicatè vivens: ab ἁβρὸς, & δίαιτα.

Ἀβροκομάω, ῶ, capillos orno; deliciosus sum: indè Ἀβροκόμης, molliter comatus; Bacchi epitheton: ab ἁβρὸς, mollis, & κόμη, coma.

Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ; ab α priv. & βρόμος, strepitus: quod tenebræ strepitu carent.

Ἀβρόμιος, abstemius; ἄοινος· ab α priv. & Βρόμιος; i. Bacchus, à βρέμω.

Ἄβρομος, ὁ, ἡ, strepitum magnum edens: q. ἅμα βρόμῳ, Th. βρέμω.

ἉΒΡΟΣ, ὰ, ὸν, mollis, delicatus: hinc ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities. Dor. ἁβρότας, ἁβρότατος, ὰ, deliciæ: ab אב virens, vel אבר fortis.

Ἀβροστεγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mollitie diffluens; ex ἁβρὸν, & στάζω.

Ἀβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. Th. ἁβρὸς.

ἈΒΡΟ'ΤΗ, ης, ἡ, nox: ab α, & βροτὸς, ἐν ᾗ βροτοὶ οὐ φέρονται· nonnunquam νὺξ additur. Hinc ἀβροτάζω, in nocte vagor: & ἀβροτέω, noctu occurro. ἀβροτῆσαι, a. 1. inf. act.

ἈΒΡΟ'ΤΟΝΟΝ, ου, ὁ, abrotonum, genus herbæ.

Ἄβροτος, ὁ καὶ ἡ, immortalis: ab α, & βροτὸς.

Ἀβροχαίτας, α, ὁ, Dor. & Æol. pro comm. ὁ ἁβρὸς τὴν χαίτην ὤν, vel ὁ ἁβρὰν τὴν χαίτην ἔχων, qui est delicatâ tenerâque comâ. Anacreon.

Ἄβροχος, immadidus: ex α, & βρέχω.

ἌΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, τὰ, mora; παρὰ τὴν ἁβρότητα.

Ἀβρύνομαι, f. οῦμαι, delicior, glorior.

Ἁβρύνω, f. νῶ, orno. Th. ἁβρὸς.

Ἄβρωτος, ου, ὁ, ἡ, non voratus: ex α, & βρώσκω. Item cibui ineptus.

Ἄβυδος, ου, nomen urbis. Ἀβυδόθι, Abydo oriundus, & ibidem habitans.

Ἄβυσσος, ου, ἡ, infinitæ profunditatis vorago gehenna: ex α, & βυσσὸς, Ion. pro βυθὸς, fundum.

Ἀγάασθαι, obstupescere: ab ἄγαμαι, per pleonasm. Poëtic. Indè etiam

Ἀγάασθε, invidetis.

Ἄγαβος, ου, ὁ, nomen viri.

Ἀγάγας, qui dixit, Ion. pro ἀγαγὼν, part. a. 2. verbi ἄγω.

Ἄγαγε, ducito, & ἄγαγον, pro ἄγαγε, idem duc, &c. imper. Attic. verbi ἄγω, duco.

Ἀγαγὲν, Dor. pro ἀγαγεῖν, a. 2. inf. act. Att. ἀγαγέσθαι, a. 2. m. verbi ἄγω.

Ἀγάγοι, ducat, a. 2. opt. act. Att. ἄγαγον, ες, ε, a. 2. ind. Att. & Ion. ἀγαγὼν, part. a. 2. Att. pro ἀγών. subj. ἀγάγω, ab ἄγω.

Ἀγαγόνθ', pro ἀγάγοντε part. aor. 2. ab ἤγαγον, pro ἦγον, aor. 2. verbi ἄγω.

Ἀγάζηλος, ὁ, invidus; μεγαλόζηλος, φθονερὸς; Etym. ex ἄγαν, & ζῆλος.

Ἀγάζομαι, f. σομαι, succenseo, invideo, admiror. Th. ἀγάω, vel ἀγάομαι. Hinc forsan Angl. to Gaze.

Ἀγαθαρχία, boni principium: ex ἄγαθος & ἀρχή.

Ἀγάθεος, Dor. pro ἠγάθεος.

Ἀγαθεωρεῖν, admirabunde intueri, ut ad rem rarò visam: ex ἄγαν, & θεωρέω.

Ἀγαθὶς, ίδος, ἡ, glomus. Th. ἀγαθὸς.

Ἀγαθοεργίη, ης, ἡ, Ion. beneficentia.

Ἀγαθοεργὸς, & contractè ἀγαθουργὸς, οῦ, ὁ, beneficus: ex ἀγαθὸς, & ἔργον· hinc ἀγαθοεργέω, ῶ, benefacio, f. ήσω. p. ἠγαθοέργηκα.

Ἀγαθοποιέω, ῶ, beneficio afficio, rectè ago, f. ήσω. a. 1. inf. ἀγαθοποιῆσαι· hinc ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, benefactum. ἀγαθοποιὸς, ὁ, beneficus: ex ἀγαθὸς, & ποιέω.

Ἀγαθὸς, οῦ, ὁ, bonus, prudens, fortis, dives, excellens, utilis: ab ἄγαν, vel ab α intensivo, & γηθέω· vel ab ἄγαστος, abjecto σ, & τ mutata in θ· vel παρὰ τὸ ἄγαν θέειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτόν. Hinc quidam oriundum volunt Angl. Good.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas; idem quod θεότης. Nazianz. De Deo.

Ἀγαθουργίη, Ion. per crasin, pro ἀγαθοεργίη.

Ἀγαθοφυὴς, naturâ, sive indole bonus; & ἀγαθοφυΐα, bonitas à natura proveniens.

Ἀγαθυνθεὶς, gavisus, a. 1. part. pass. ab ἀγαθύνω.

Ἀγαθύνω, fut. υνῶ, bonum efficio, beneficio afficio; ἀγαθύνομαι, bene affectus sum: Neh. 2. & Dan. 6.

Ἀγαθῶς, validè.

Ἀγαίαν, νος, ὁ, sol. ἥλιος.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, bonitas.

Ἀγαθωτάτῳ, dat. sing. superlat. regularis, quasi ab ἀγαθὸς, ερος, ατος, optimo, præstantissimo.

Ἄγαι,

Ἄγαι, αἱ, litora, vulnera: ab ἄγω, frango.

Ἀγάσεται, 3. person. ind. ab ἀγάομαι, irascor, invideo. Th. ἀγάω.

Ἀγαῖος, ου, ὁ, elegans, invidiosus. Huic sono & sensu alludit Angl. **Gay**.

Ἀγακλειτὸς, valdè celebris, inclytus: ab ἄγαν, & κλειτὸς, quod à κλέος.

Ἀγακλὴς, έος, ὁ, ἡ, Poët. pro ἀγακλεὴς, valde gloriosus, idem quod ἀγακλυτὸς.

Ἀγακλυτὸς, οῦ, ὁ, inclytus: ex ἄγαν, & κλυτὸς, celebris, quòd à κλύω, audio.

Ἀγακλυτοῖσιν, dat. pl. Ion.

Ἀγακτιμένην, splendidè ædificatam, ἄγαν καὶ λαμπρῶς κεκτισμένην. Æol. neglecto augmento, & σ metri causâ sublato, κτιμένος, pro κεκτισμένος.

Ἀγάλακτες, αν, οἱ, (ex α, sumpto, pro ἀθρόως, confertim, vel, pro ὁμοῦ, simul) fratres; quasi, qui sint collactanei: aut qui idem lac suxerint. Exp. &c. consanguinei, æquales, ætate pares.

Ἀγαλακτία, ἡ, lactis penuria, aut etiam lactis abundantia. Sumpto sibi α, priv. vel intens.

Ἀγάλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, (ex α priv. & γάλα, κτος, τὸ; lac) carens lacte.

Ἀγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, quasi collactatio; συγγένεια.

Ἀγάλλιμον, ου, τὸ, quo quis mirificè delectetur; vel propter quod aliquis in admiratione habetur. Hesych. ab ἀγάλλω, vel ἀγάλλομαι.

Ἀγαλλίαμα, τος, τὸ, exultatio.

Ἀγαλλιάω, ῶ, exsulto: f. άσω. p. ἠγαλλίακα. a. 1. m. ἠγαλλιασάμην, ω, ατο. pass. ἠγαλλιάσθην· hinc ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exsultatio. Th. ἀγάλλω. Hinc forte Gall. se Ragaillardir.

Ἀγάλλομαι, gestio, exsulto: ab ἄγαν, & ἅλλομαι. Huic non multùm abludit nostrum vocabulum **Gallop**.

ἈΓΑ'ΛΛΟΧΟΝ, lignum Indicum odoratum.

ἈΓΑ'ΛΛΩ, f. λῶ. p. κα. orno, facio delectabile. Quidni hinc ducamus nostrum **Gallant**? hinc ἄγαλμα, ατος, τὸ, ornamentum, oblectamentum, simulachrum: hinc ἀγαλματοποιὸς, οῦ, ὁ, statuarius, à ποιέω, & τὸ ἄγαλμα. Omnia ab ἀγάω.

Ἀγαλματοφορέω, ῶ, orno, illustro; Suid. ex Philono.

Ἄγαμαι, admiror. f. ἀγάσομαι. a. 1. m. ἠγασάμην. pass. ἠγάσθην. Th. ἀγάω.

Ἄγαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs; nuptiarum expers. Poll.

Ἀγαμία, ας, ἡ, & Ἀγάμιον, ου, τὸ, cælibatus. Poll.

Ἄγαμος, ου, ὁ, ἡ, cœlebs: ex α, & γάμος.

Ἄγαμος, γάμος, innuptæ Nuptiæ.

ἌΓΑΝ, adv. nimis, valde.

ἈΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω. p. ηκα. doleo, indignor, agrè fero. a. 1. ἠγανάκτησα. part. ἀγανακτήσας. gen. part. præs. ἀγανακτοῦντος. Hinc ἀγανάκτησις, indignatio. ἀγανακτικὸς, οῦ, ὁ, querulus. Forsan ab ἄγαν, & ἄχθομαι.

Ἀγανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, dulcis, comis, mitis; ex α Epitatico, & γάνυμαι, gaudeo, lætor. Th. γάνος, lætitia.

Ἀγανῇσι, dat. pl. Ion. f. g. pro ἀγαναῖς, ἀγανοῖσι, m. g. ab ἀγανὸς, mitis, placidus superl. ἀγανώτατος. Th. γάνος.

Ἀγάννιφος, nivosus: ab ἄγαν, & νίφω.

Ἀγανόφρων, ονος, ὁ, ἡ, qui leni est animo: ab ἀγανὸς, & φρὴν· hinc ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, mansuetudo.

Ἀγανώπης, ιδος & Ἀγανώπις, ος, ὁ, qui blandis est oculis; placido aspectu intuens; ex ἀγανὸς, pulcher & ὤψ, ὠπὸς, ὁ, oculus.

Ἀγάναρ, Dor pro ἀγήναρ.

Ἀγάομαι, vide ἀγάω.

Ἀγάπαζε, ama, præs. imperat. ab ἀγαπάζω, Poët. pro ἀγαπάω.

Ἀγαπάζοντι, Dor. pro ἀγαπάζουσι, diligunt.

Ἀγαπατὰ, Dor. pro ἀγαπητὰ, plur. n. g. ab ἀγαπάω.

ἈΓΑΠΑ'Ω, ῶ, f. ήσω. p. κα. diligo, amo, osculor. ἀγάπα, præs. imper. ἀγαπᾷν inf. ἀγαπῆσαι, αντος, a. 1. part. ἠγαπημένος, dilectus, perf. part. pass. Hinc ἀγάπη, ης, ἡ, amor, dilectio. ἀγάπημα, idem, ἀγαπητὸς, οῦ, ὁ, dilectus. ἀγάπαι, convivia Christianorum.

Ἀγάπη, παρὰ τὸ ἄγειν τὸ πᾶν ἤρωω εἰς ὁμόνοιαν vel ab ἄγαν, & παύεσθαι, acquiescere in re amata: vel ab עגב amare.

Ἀγαπήνωρ, fortitudinis, vel virorum amans: ab ἀγαπάω, & ἀνήρ.

Ἀγάπησις, εως, ἡ, dilectio. Plutarch.

Ἀγαπησμὸς, οῦ, ὁ, idem. Suid.

Ἀγαπητέον, sub. ἐστὶ. Bud. acquiescendum est; contentum esse oportet.

Ἀγαπητέος, ου, ὁ, amandus. Plato.

Ἀγαπητῶς, grate, amabiliter. Plato; interdùm, cupidè & libenter. Dem. item, satis, sufficienter.

Ἀγαπῴην, diligerem, Att. pro ἀγαπῷμι, præs. opt. ab ἀγαπάω.

Ἀγαπώμενος, & Ἀγαπωμένη, ut ἐρώμενος, & ἐρωμένη; amasius, & amasia: vel amicus, amica. Lucian.

Ἄγαρ, ἡ, nomen servæ ἄκλιτον, Peregrina, Ruminans, vel Timida.

ἈΓΑΡΙΚΟ'Ν, οῦ, τὸ, agaricum. Vide Plin. lib 25. c. 9.

Ἀγαρρεία, servitus, serviendi necessitas.

Ἀγαρρεύω, suffero, sustineo.

Ἀγάρριτος, ου, ὁ, ingratus.

Ἀγάρροος, æstuosus: ab ἄγαν, & ῥέω.

Ἀγάσαντο, admirabantur, 3. pl. a. 1. m. pro ἠγάσαντο, Ion. ἀγασαίμην, opt. ἀγάσασθαι, inf. ab. ἄγαμαι, vel potiùs ab ἀγάομαι.

Ἀγᾶσθαι, præs. inf. ab ἄγαμαι.

Ἀγασθεὶς, admiratus, a. 1. part. pass. ἀγασθείην, opt.

Ἀγάσιτος, ου, ὁ, inclytus, celebris.

Ἄγασμα, ατος, τὸ, res veneratione digna. Soph.

Ἀγασσάμενος, lætatus, admiratus, a. 1. m. part. geminat. σ, Poët. ab ἀγάζομαι, f. άσομαι.

Ἀγάστονος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde suspirans; luctuosus. Hom.

Ἀγαστὸς, ἡ, ὸν, admirandus. Th. ἀγάω.

Ἀγάστωρ, ορος, ὁ, uterinus frater, quasi, ὁμογάστωρ. Th. γαστήρ.

ἈΓΑΣΥΛΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, frutex unde Ammoniacum elicitur.

Ἀγατάομαι, lædor; poëticum.

Ἀγαυὴ, & Dor. α, ἡ, nomen fœminæ splendidæ.

Ἀγαύομαι, admiror. Op.

Ἀγαυὸς, nobilis, admirabilis: ab ἀγάω.

Ἀγαυρὸς, valde superbus, ferox. Th. γαῦρος. α non est privativum, sed intensivum.

Ἀγάφθεγκτος, ου, ὁ, valde sonans. Poët. ab ἄγαν, & φθέγγομαι.

ἈΓΑ'Ω, ήσω. p. ηκα· vel ἀγάομαι, demiror, stupeo. Hinc ἄγη, ἀγαῖος, ut & ἀγαυὸς, ἀγάομαι, ἄγαμαι, ἀγάζομαι, ἄγασμα, ατος, τὸ, veneratio, ἀγαστὸς. Hinc forsan Angl. **Agast**, & **Ghastly**.

Ἀγγαρεύω, angario, cogo.

ἌΓΓΑΡΟΙ, ων, οἱ, regum nuncii, seu tabellarii. Hinc ἀγγαρεύω, adigo ad currendum, vel ferendum aliquid. Ἄγγαρος, bajulus.

Ἄγγαρα, ων, τὰ, stationes, in quas angari peracto dici penso divertebant. Hinc ἀγγαρεύειν, & Ion. ἀγγαρηΐειν. Vocabulum Persicum.

Ἀγγαρεύω, μ. εύσω, Angario, adigo, compello, scil. ad ministerium.

Ἄγγη, pro ἄγγεα, τὰ, vasa, nom. pl. ab ἄγγος, ἄγγεσι, dat. pl.

Ἀγγεῖον, ου, τὸ, vas.

Ἀγγελέουσι, pro ἀγγελοῦσι, nuntiabunt, f. 1. dissolut. dipthongi: ab ἀγγέλλω.

Ἀγγελίη, ης, ἡ, Ion. pro ἀγγελία, præcipua potestas renuntiandi oraculi quod quis audivit. Th. Ἀγγέλλω.

Ἀγγελέων, nuntiaturus, fœm. ἀγγελέουσα, nunciatura; Ionicè, pro ἀγγελῶν, & ἀγγελοῦσα; est autem ἀγγελῶν, part. α fut. indic. ἀγγελῶ; id vero ex præsenti, ἀγγέλλω. Itidem, solent in aliis Iones, ῶ, resolvere in έω, & οῦ in έο.

Ἀγγελιηφόρος, ου, ὁ, nuntius, internuncius.

Ἀγγελλέμεναι, vide ἀγγέλλω.

ἈΓΓΕ'ΛΛΩ, nuntio, fœm. λῶ. p. κα. a. 1. ἤγγειλα. a. 1. part. pass. ἀγγελθεὶς, εῖσα, p. m. ἤγγελα, ἀγγελλόντων, Att. pro ἀγγελλέτωσαν, nuntient. part. pro imperat. unde ἄγγελος, ου, ὁ, nuntius, angelus. ἀγγελία, ας, ἡ, nuntium. ἀγγελιώτης, ου, ὁ, nuntius. ἀγγελικὸς, angelicus.

Ἄγγελμα, τὸ, nunciatio, nuncius.

Ἀγγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ, ες, ignobilis; nullâ generis nobilitate clarus. 1 Cor. 1. 28. vide ἀγενὴς.

Ἀγγεράκιμος, uva; σταφυλή.

Ἀγγερος, nuncius; idem quod ἄγγελος.

Ἀγγήϊον, ου, τὸ, Ion. pro ἀγγεῖον.

Ἀγγοθήκη, capsa, & theca poculi; Vasorum apotheca. Athen.

Ἀγγουρὰξ, uva; σταφυλὴ. Hesych. intellige de uva, quæ vase aliquo conditur.

ἌΓΓΟΣ, εος, τὸ, vas quodlibet: hinc ἀγγεῖον, ἀγγειώδης, εος, ὁ, ἡ, vasis formam habens. ἀγγείδιον, ου, τὸ, vasculum.

Ἀγγούριον, vel ἄγγουρον, cucumis.

Ἄγγυρος, placentæ genus. Hesych.

Ἀγριάζω, irrito, dolore afficio. Angl. **to Anger**.

Ἄγγρις, ἡ, dolor; ὀδύνη.

Ἀγκύλη, ης, ἡ, lorum in modum catenæ intortum.

Ἀγγῶνες, tela magnitudinis mediæ. Suid. & Etym.

Ἄγδος, creticè, idem quod ἄγγος.

Ἄγδιστις, Cybele, Deorum mater.

Ἄγε, age, & ἄγεθ' pro ἄγετε, agite, adv. hortantis, ab a. 2. imp. verbi ἄγω.

Ἄγε, Dor. pro ἦγε, dixit. a. 2.

Ἄγεα, τὰ, delubra, & loca religiosa: vide ἄγος.

Ἀγέρας, claudus, mutilus; χωλός.

Ἀγέραστος, fit à γέρας, ὁ ἄνευ τιμῆς, καὶ πολυτιμήματος. Herodian.

ΑΓΕΙ'ΡΩ, congrego, colligo, f. ερῶ, p. ἤγερκα, Att. ἀγήγερκα. ἤγειρα, a. 1. inf. ἀγεῖραι, part. ἀγείρας, 3. plur. Ion. pro ἤγειραν. a. 1. pass. ἠγέρθην. f. 1. ἀγερθήσομαι. ab אגר agar, ejusdem significationis, Hinc forsan, Angl. Gather, & Together.

Ἀγείσωτος, suggrundâ non instructus, vel nulla tectus lorica. Etym. ex α priv. & γεῖσον, vel γεῖσσον, suggrunda, &c. vide

Ἀγείτης, ου, ὁ, injurius. Etym.

Ἀγεῖτο, Dor. pro ἡγεῖτο, 3. sing. imperf. verbi ἡγέομαι.

Ἀγείτων, qui vicinum non habet; inaccessus: ex α, priv. & γείτων, vicinus.

Ἄγεκτον, durum, non rigatum; in Epigram. pro ἄπηκτον.

Ἀγεληδὸν, gregatim; adverb. pro ἀγεληδὸν. Th. ἀγέλη.

Ἀγελάζω, congrego; ἀγελάζομαι, congregor, gregatim vivo; gregatim volo: Sic Gaza vertit. Th. Ἀγέλη.

Ἀγελαία, ἡ, libertas: Ἀγελαίη, Pallas.

Ἀγελάρχης, ου, ὁ, qui gregi, aut armento præest; pecoris Magister: Armentarius. Plutarch.

Ἀγελαρχοῦσα, quæ gregi præest, præs. part. act. f. g. verbi ἀγελαρχέω· quod ab ἀγέλη, grex, & ἀρχή.

Ἀγελάστος, inhonoratus. ἄτιμος.

Ἀγελασπὶς, anguilla; ἔγχελυς.

Ἀγελαστὶ, adv. citra risum; severé.

Ἀγελαστοῦ, adfert, Hesychius, pro ἀκακίας.

Ἀγελαστέω, ῶ, à risu abstineo. Heracl.

Ἀγέλαστος, ου, ὁ, καὶ ἡ, tetricus, severus, non ridens. Ἀγελαστία, ας, ἡ, gestus tetricus: ab α, & γελάω.

Ἀγελατέω, ῶ, expello scelus, expio. à nomine ἄγος.

Ἀγεληΐη, Ion. pro ἀγεληΐα, ας, ἡ, prædatrix: ab ἄγω, & λεία.

ΑΓΕ'ΛΗ, ης, ἡ, armentum, grex. ἀγέληθεν, ex armento, ἀγεληδὸν, adv. gregatim. ἀγεληφι, in grege: nam φι & φιν est syllaba quam Poëtæ interdum addunt dativis casibus. ἀγελήτης, ου, ὁ, & ἀγελαῖος, ου, ὁ, armentalis, qui est ex grege. ἀγελαιών, ῶνος, ὁ, locus armenti: ab עגל vitulus, vel ab ἄγω.

Ἀγέμεν, præs. inf. pro ἄγειν, Ion. ab ἄγω.

Ἀγεμονεύειν, Dor. pro ἡγεμονεύειν, τελέσιν ἡγεμένα ἔτι.

Ἀγεμών, όνος, ὁ, Dor. pro ἡγεμών.

Ἄγεν, ducebat, imperf. Ion. & præs. inf. Dor. ab ἄγω, duco: vel Bœot. pro ἄγησαν, fracti sunt, a. 2. pass. ab ἄγω· id autem ab ἄγνυμι, seu ἄγω, frango.

Ἐπίουρ☉, custos: ab ἐπὶ & οὖρ☉, ου, ὁ, idem.

Ἐπιοῦσα, sequens, & in dat. sing. ἐπιούσῃ, a. 2. part. f. g. ab ἔπειμι. Th. εἶμι, eo.

Ἐπιούσι☉, de die, in diem sufficiens, quotidianus, nobis sustentandis idoneus: ab a. 2. part. ἐπιὼν, ἐπιοῦσα, verbi ἔπειμι, succedo, sequor. Th. εἶμι, eo.

Ἐπιόψομαι, videbo, f. 1. m. verbi ἐπιόπτομαι, quod vide.

Ἐπίπαγ☉, ὁ, glacies superficiaria; humor in summa parte concretus, &c. Apud Diosc. lib. 1. c. 182. Sic dicitur succus, qui inciso arboris cortice emanans, concrescit & congelat, &c. Est à verbo ἐπιπήγνυμι, & ἐπιπήσσω, in summa parte seu superficie congelo; in pass. ἐπιπήγνυμαι, & ἐπιπήσσομαι, in summa parte concresco, & coeo, &c. à Th. πήγνυμι, Vi.

Ἐπιπάγχυ, prorsus, adv. ex ἐπὶ & πάγχυ, pro πάνυ, valdé.

Ἐπιπαίζω, deludo; à Th. παίζω, ludo; item, illudo, &c.

Ἐπιπαίω, impingo, offendo; unde, ἐπίπαισμα, τὸ, offendiculum, offensio; Hesych. ab ἐπὶ & Th. παίω, vide.

Ἐπιπακτόω, (unde, ἐπιπακτοῦν θύρας; obserare seu claudere fores, Poll. l. 10. c. 4.) idem quod πακτόω, compingo, coagmento; item, obsero, claudo, &c. Vi. in πακτός.

Ἐπιπαλαμάομαι, admachinor, contechnor; astute applaudo; dolosè ago, &c. à παλαμάομαι, Vi. in Th. παλάμη.

Ἐπιπαμφαλάω, pro μετ' ἀθυμιασμοῦ ἐμβλέπω; attonitus inspicio, &c. Idem quod παμφαλάω; attonitus, & veluti numine afflatus aspicio, vel circumspicio, &c. Factum videri potest hoc verbum, ex παμφαίνω, ν, in λ, mutato; ac proprie esse, omnia collustro oculis, omnia adspicio, &c.

Ἐπίπαν, in totum, omnino, adv. ab ἐπὶ & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, omnis, e.

Ἐπίπαππ☉, proavus, vel, attavus; Poll. à πάππ☉, avus; id vide.

Ἐπιπαρανέω, sive, ἐπιπαρανήω, insuper accumulo; insuper extruo, & exaggero, &c. Thuc. l. 2. ab ἐπὶ & παρανέω, vel παρανήω, seu παρανηνέω, juxta aggero & acervo; ad latus accumulo, &c. ex παρὰ & νέω, sive νήω, glomero, acervo, cumulo, &c. Unde νηέω, sive νηνέω, idem.

Ἐπιπαρέξειμι, sensim exeo; unde, particip. ἐπιπαρεξιὼν, paulatim evadens, excedens, &c. Gaza à παρέξειμι, prætereo, præcurro; ex παρὰ & ἔξειμι, exeo, &c. Vi.

Ἐπιπάρεδρ☉, repetita & secunda paradus; Poll. l. 4. Vide πάρεδρ☉.

Ἐπιπαρορμάω, exhortor; a παρορμάω; incito, concito, stimulo; item, hortor, ex παρὰ & ὁρμάω, Vi.

Ἐπίπαστ☉, qui inspergitur, qui inspargendo adhibetur; est à verbo ἐπιπάσσω, vel -ττω; insuper spargo, inspergo; à Th. πάσσω, id vide.

Ἐπιπαταγέω, q. d. superstrepo; à παταγέω, ῶ, strepo, strepito; à πάταγ☉, id vide.

Ἐπιπάτωρ, vitricus; Poll. l. 3. ab ἐπὶ & πατὴρ, Vi.

Ἐπίπεδ☉, qui est in superficie solis, & ex eo non eminet; planus; latus, campestris, &c. Ut, ἐπίπεδ☉ οἶκ☉; domus ima, & in solo posita; ἐπίπεδον σχῆμα, plana figura; & ἐπίπεδος ἀριθμ☉; ut bis bina, &c. Item, τὸ ἐπίπεδον; exponitur superficies, &c. & ἐπίπεδαι, αἱ, planæ figuræ, quæ longitudinem modo & latitudinem, nullam vero profunditatem habent, &c. ab ἐπὶ & πέδον, τὸ, solum, terra, &c.

Ἐπιπείθεο, pro ἐπιπείθου, obtempera, præs. imperat. pass. Ion. ἐπιπείθηται, 3. sing. sub. præs. ἐπιπειθόμενοι, nom. pl. præs. part. pass. f. g. ab

Ἐπιπείθομαι, pareo; puto, credo. f. πείσομαι. Them. πείθω, persuadeo. f. σω. a. 2. ἔπιθον.

Ἐπιπειθὴς, έ☉, ὁ καὶ ἡ, obediens, morem gerens, obsequens; ut, ἐπιπειθὴς τῷ λόγῳ; obsequens rationi; Aristot. Eth. 1. c. 7. est à præced. verbo.

Ἐπιπειράω, ρῶ, & ἐπιπειράομαι, ῶμαι; tento, periculum facio, &c. à πειράω, tento, &c. Vi.

Ἐπιπέλομαι, accido, ingruo; ut Od. ν. ὅτ' ἀνθρώποισι πέλονται; ingruunt hominibus, &c. à πέλομαι, vide.

Ἐπίπεμπτ☉, sesquiquintus; Lev. 27. à πέμπτ☉, Vi.

Ἐπιπεντάμοιρ☉, quintarius alter; à πεντάμοιρ☉; quintarius; quinq; habens partes, &c. ex πέντε & μοῖρα, vide.

Ἐπιπέμπω, insuper mitto; immitto; relaxo, remitto, &c. (ab ἐπὶ & πέμπω, Vi.) Unde, ἐπίπεμψις, missio in aliquem locum; Thuc. lib. 2.

Ἐπιπεπτωκὸς, perf. part. act. n. g. ab ἐπιπίπτω, incido. Th. πίπτω, cado. f. 2. m. πεσοῦμαι. p. πέπτωκα. a. 2. ἔπεσον.

Ἐπίπερκ☉, nigricans, subniger; vel nigris maculis aliquantulùm distinctus, &c. à Th. πέρκ☉, Vi.

Ἐπιπεσὼν, όντ☉, a. 2. part. act. verbi ἐπιπίπτω, irruo; quod vide.

Ἐπιπετάομαι, ἐπιπέτομαι, & ἐπιποτάομαι, advolo, involo, evolo, &c. à Th. πέτομαι, Vi.

Ἐπιπέφυκα, ας, ε, insuper produxi, seu edidi, præt. ind. act. verbi ἐπιφύω. Them. φύω, nascor.

Ἐπιπήγνυμι, & ἐπιπήγνυμαι, &c. Vi. in ἐπιπαγῶ. Item, ἐπιπιάσω; videatur, ibidem.

Ἐπίπηχυς, qui supra cubitum est; unde, τὸ ἐπίπηχυ, scil. μέρος; pars cubiti superior; (ἀγοςὸς, vero inferior, &c. Vi.) ab ἐπὶ & πῆχυς, εως, ὁ, cubitus.

Ἐπίπικρος, ad amaritudinem accedens; aliquid amarori habens; amaricans, &c. à Th. πικρὸς, Vi.

Ἐπιπίνω, superbibo; potum potui addo; vel unum potus genus alii potus generi adjicio; à Th. πίνω, Vi.

Ἐπιπίπτω, irruo, cum dat. f. ἐπιπεσῶ. p. ἐπιπέπτωκα. a. 2. ἐπέπεσον, ες, ε, incidi, a. 2. part. ἐπιπεσὼν, όντος. Th. πίπτω, cado. f. 2. m. πεσοῦμαι.

Ἐπιπάσειν, pro ἐπιπάσσειν; inspergere, Hesych. Vide ἐπιπάσσω, suprà, in ἐπίπαςος.

Ἐπιπίςωσις, εως, ἡ, confirmatio insuper accedens; quasi geminatum causæ firmamentum; vel, altera confirmatio, &c. Pars est orationis apud Rhetores; ut ἐπέλεγχος; Plato in Phædro; ex ἐπὶ, & πίςωσις, ἡ, confirmatio, & probatio qua rei fides fit; à πιςόω, Vi.

Ἔπιπλα, τὰ, exponitur supellex; supellectilia, aulæa, res mobiles; mobilia bona, &c. Sunt κτήματα τὰ μὴ ἔγγαια, ἀλλὰ τὴν κατ' οἶκον κτῆσιν τὴν δυναμένην πλεῦσαι, ἢ ὅσαν ἐπιπόλαιον, &c. Pausan. apud Eust. est ab ἐπιπλέω, innato, fluito, navigo in, &c. ab ἐπὶ & πλέω, navigo.

Ἐπίπλασμα, τὸ, quod illinitur, seu imponitur; medicamentum illinendum, &c. Item, ἐπίπλαςος, fucatus, fictus; simulatus, commentitius, &c. Ut ἐπίπλαςον δίκαιον, jus commentitium, quod figmento, non reipsa subsistit, &c. Utrumq; ab ἐπιπλάσσομαι, illinor, ab activo, ἐπιπλάσσω, seu -ττω, illino; inspergo; obstruo, &c. à Th. πλάσσω.

Ἐπιπλαταγέω, plaudo super aliqua re, alicui applaudo, &c. à πλαταγέω, manu plausum edo, &c. Vi.

Ἐπιπλάττω, vide ἐπιπλάσσω, suprà, in ἐπίπλασμα.

Ἐπιπλεῖον, ut plurimùm, &c. Idem quod sequens vox ἐπιπλεῖστον, id vide) cui opponitur ἐπ' ἔλαττον, Vi.

Ἐπιπλεῖστον, frequentissimè, maximè, adv. à πολὺς, multus, compar. πλείων, superlat. πλεῖστος.

Ἐπιπλείων, amplior; idem quod πλείων; id vide.

Ἐπιπλεῖος, refertus; ἐπιπλεῖόν ἐςι, latius patet; Aristot. in Politic. unde etiam, præcedens ἐπιπλεῖον, sign. idem quod ἐπιπλέον, id vide infrà; ulterius; item amplius, copiosiùs, fusiùs, &c. Interdum etiam, pro diutiùs, &c. Vide πλεῖον, πλεῖος; πλέον, πλέος, &c.

Ἐπιπλέκω, promisceo, implico: ex ἐπὶ & πλέκω, necto. f. ξω. p. πέπλεχα. a. 1. ἐπέπλεξα.

Ἐπιπλέοντα, acc. sing. part. præs. ab ἐπιπλέω, innato. Them. πλέω, navigo. f. πλεύσω.

Ἐπίπλεον, adverbialiter, copiosius, amplius: ab

Ἐπίπλεος, έα, εον, plenus. Them. πλέος, plenus.

Ἐπίπλευρος, qui supra latus est seu latera; costis superjacens, &c. Unde, τὰ ἐπίπλευρα, scil. μέρη, laterum pars superior, locus ad mammillas, sub alis; Hesych. Item, ἐπίπλευρος, latera magna habens; Pind. ab ἐπὶ & πλευρὰ, vel πλευρὸν, quæ vide.

Ἐπίπλευσις, εως, ἡ, ingressus navis, vel, classis; ut, ἐπίπλευσιν ἔχουσι; ingressum tenent; Thucyd. est verbale ab ἐπιπλέω, supernavigo; navigo in, id est adversus; classe invado; navigando oppugno, &c. Item, applico, appello; navi advenio, &c. Item, innato, fluito; unde ἐπιπλέον ἔλαιον; innatans oleum, &c. Apud Diosc. lib. 1. c. 38. ab ἐπὶ & πλέω, navigo.

Ἐπίπλεως, idem quod ἐπίπλεος, plenus, refertus, &c.

Ἐπιπλῆξαι, a. 1. inf. act. ἐπιπλήξαντος, gen. sing. a. 1. part. f. g. ἐπιπλήξῃς, 2. sing. a. 1. sub. ab ἐπιπλήσσω, vel -ττω, increpo, quod vide.

Ἐπίπληξις, ιος, ἡ, increpatio, objurgatio, reprehensio, &c. ab eod.

Ἐπιπλήσσεο, increpare, præs. imperat. pass. Ion. ab

Ἐπιπλήσσω, vel -ττω, increpo, cum dat. f. ξω, p. ἐπιπέπληχα. a. 1. ἐπέπληξα. a. 1. sub. act. ἐπιπλήξω, ῃς, ῃ' ex ἐπὶ & πλήσσω, vel -ττω, percutio.

Ἐπιπλήττω, vide in ἐπιπλήσσω.

Ἐπίπλοα. Ion. pro ἔπιπλα, supellex. q. ab ἐπιπόλαιος, superficiarius; τὰ ἐπιπόλαια, hinc per gem. Sync. ἐπίπολα, & ἔπιπλα. Th. ἐπιπολῆς, quod vide.

Ἐπιπλοκὰς, άδος, ἡ, amplexus, connexio; item, ἐπιπλοκή; implicatio, implexus; item, nexus amicitiæ, seu familiaritas & affinitas; Polyb. βραχεῖά τις ἦν ἐπιπλοκὴ πρὸς ἀλλήλους; parva familiaritas & necessitudo intercesserat, &c. Est verbale ab ἐπιπλέκω, id Vi.

Ἐπιπλομένοιο, volvente, gen. Ion. ab

Ἐπιπλόμενος, præs. part. pro ἐπιπελόμενος. Th. πέλομαι, sum.

Ἐπίπλων, implebam, vel implebant, 1. sing. vel 3. pl. a. 2. act. qu. à πιπλάω, pro πιμπλάω, seu πίμπλημι, impleo: ut à τιμάω, ἐτίμων. Th. πλέος, plenus.

Ἐπίπλοον, vel ἐπίπλοον, dicitur etiam in sing. i. e. τὰ ἔπιπλα, quæ ἐπίπλοα, Herodot. supellex, quæ μὴ ἔγγειος κτῆσις; sed quæ ut ruta cæsa auferri potest, &c. Vide suprà, ἔπιπλα, τὰ, vide etiam ἐπίπλοα. Item, ἐπίπλοον, vel ἐπίπλουν, in neutro gen. sicut etiam masc. ἐπίπλοος, & ἐπίπλους; (id vide, paulò antè) apud medicos dicitur omentum; quòd duodeno intestino adhæreat, reliquis autem intestinis prætendatur & quodam modo innatet; Poll. lib. 2.

Ἐπίπλοος, & ἐπίπλους, όυ, ου, navigatio adversus aliquem, conflictus: ab ἐπιπλέω, classe invado. Th. πλέω, navigo.

Ἐπιπλώουσι, Dor. pro Poët. ἐπιπλώουσι, & hoc pro ἐπιπλέουσι, innavigant, 3. pl. præs. ind. act. ab ἐπιπλέω. Th. πλέω, navigo. f. πλεύσω vid. ἐπιπλῶς.

Ἐπιπλὼς, navigans, per Sync. pro ἐπιπλώσας, a. 1. part. ab ἐπιπλώω, à πλώω, Poët. pro πλέω, navigo: f. πλεύσω. Alii deducunt a præt. πέπλευκα p m. πέπλεα, unde πεπλεὼς, & per Aphæres. & Sync. πλὼς, in compos. ἐπιπλὼς, ab ἐπιπλέω, classe invado. Th. πλέω, navigo.

Ἐπιπλώσας, αντος, ὁ, navigans, a. 1. part. ab ἐπιπλώω, vide ἐπιπλώς.

Ἐπιπλώω, q. d. supernavigo; ut, ἐπιπλώειν πόντον; navigare super mare, navigare mare; Iliad. β. Interdum etiam, navigo adversus, &c. Idem quod ἐπιπλέω, à quo derivatur; ut simplex πλώω, id vide, à Th. πλέω.

Ἐπιπνείουσα, ης, ἡ, respirans, præs. part. f. g. ab

Ἐπιπνείω, inspiro: ex ἐπὶ & πνείω, Poët. pro πνέω, spiro: f. πνεύσω.

Ἐπίπνευσις, afflatus, inspiratio, &c. Verbale ab ἐπιπνέω, aspiro, afflo; item, flo super, &c. Th. πνέω, Vi.

Ἐπιπνίγω, suffoco: f. ίξω. p. ἐπιπέπνιχα. a. 1. ἐπέπνιξα' ex ἐπὶ & πνίγω, strangulo.

Ἐπίπνοια, ας, ἡ, afflatus instinctúsque divinus: ab ἐπιπνέω, afflo. Th. πνέω, flo.

Ἐπίπνοος, & ἐπίπνους, οος, ὁ, afflatus, &c. à præced.

Ἐπιποθέω, expeto, desidero, intimè amo: f. ήσω. p. ἐπιπεπόθηκα. a. 1. ἐπεπόθησα' ex ἐπὶ & ποθέω. Th. πόθος, desiderium.

Ἐπιπόθησις, εως, ἡ, desiderium: &

Ἐπιπόθητος, ου, ὁ, ἡ, exoptatus: &

Ἐπιποθία, ας, ἡ, desiderium: ab ἐπιποθέω, quod vide.

Ἐπιποιέω, attingo, unde, ἐπιποίητος, fictus, commentitius, &c. Philostr. in Epist. & Synes. Th. ποιέω.

Ἐπίποκος, lanatus, vellere intectus; ut ἐπιπόκοι κριοὶ, arietes cum velleribus; Reg. l. 4. c. 3. à πόκος, Vi.

Ἐπιπολάζω, f. άσω. p. ακα, innato, in superficie sum: &

Ἐπιπόλαιος, ου, ὁ, ἡ, superficiarius: &

Ἐπιπολαίως, superficialiter: ab

ΕΠΙΠΟΛΗ͂Σ, in superficie, in summitate; τὸ ἐπιπολῆς, ipsa superficies: q. ab ἐπὶ, suprà, & πέλω, sum.

Ἐπιπολαὶ, Syracusis dicebatur pars civitatis eminentior, & editior; Thucyd. Item, ἐπιπολασμὸς, innatatio cibi in ventriculo; ἐπιπολαςικὸς, fluitans, innatans, redundans; seu qui fluitare, innatare & redundare suapte natura solet; unde adv. ἐπιπολαςικῶς, redundanter, supra modum, nimiùm, &c. omnia à præced. Th. & ab ἐπιπολάζω.

Ἐπιπολαιόῤῥιζος, cujus radices per superficiem tantum terræ sparsæ sunt, & non imam terram penetrant; (ei opponitur βαθύῤῥιζος) radices habens summæ terræ adhærentes, &c. ab ἐπιπόλαιος, & ῥίζα, qu. Vi.

Ἐπιπολιαῖος, ου, ὁ, supernus, levis; quasi superficialis, non habens profundum; qui non intus latet, sed per summa apparet, &c. Idem quod, & ab, ἐπιπόλαιος; (id vide) qui in

superficie tantum corporis extat, non autem in ipsius corporis profundum penetrat; levis, non profundus; ut ἐπιπόλαιος ὕπνος; (cui opponitur βαθὺς, altus) &c. Item, extans, non intus latens; & Metaph. evidens, perspicuus, non obscurus, &c.

Ἐπιπολιόομαι, superne canesco; vel simpliciter, ut, πολιόομαι, οῦμαι, canesco, canus fio; ab activo, πολιόω, canum facio; à Th. πολιὸς, canus, &c. Vi.

Ἐπιπολλῷ, magni vel magno: &

Ἐπιπολὺ, adv. magnâ ex parte, multum; ὡς ἐπιπολὺ, plerumque. Th. πολὺς, multus.

Ἐπιπομπεύω, triumpho, pompam duco: ex ἐπὶ & πομπεύω, idem. Th. πέμπω, f. ψω. mitto.

Ἐπιπονέω, laboro, labores tolero; ab ἐπίπονος, seq.

Ἐπίπονος, ου, ὁ, ἡ, laboriosus: & hinc

Ἐπιπόνως, laboriosè: à πόνος, labor. Th. πένομαι, laboro: p. m. πέπονα.

Ἐπιποντία, q. d. supermarina; Veneris cognomentum; Ἀφροδίτη; Venus; Hesych. à Th. πόντος, pontus.

Ἐπιπορεύομαι, proficiscor, perago: f. εύσομαι. p. ἐπιπεπόρευμαι ex ἐπὶ & πορεύομαι, quod à πείρω, transeo. p. m. πέπορα.

Ἐπιπόρπημα, ἐπιπόρπωμα, & ἐπιπορπίς; id quod supra fibulam est; & pro fibula ipsa, vel ornamento quod fibulæ imponitur in veste, &c. à πόρπη, fibula; unde πόρπημα, indumentum fibulatum, &c.

Ἐπιπορφυρίζω, ad purpuram inclino; in purpuram candico; accedo ad purpuram, &c. ab ἐπιπόρφυρος; accedens, vel inclinans ad purpuram, &c. Th. πορφύρα. Vi.

Ἐπὶ ποσὸν, aliquantulum; à ποσὸν, τὸ, vide.

Ἐπιποτάομαι, involo, &c. Vide in ἐπιπέτομαι.

Ἐπίπρασκεν, imperf. act. verbi πιπράσκω, quod vide.

Ἐπιπράττομαι, addo, insuper facio; ab ἐπὶ & πράττομαι, ago; ab activo, πράττω; idem; facio, ago.

Ἐπιπρέπεια, ας, ἡ, decus: &

Ἐπιπρεπὴς, έος, οῦς, ὁ, ἡ, decorus. Th. πρέπω, decorus sum.

Ἐπιπρέπω, decorus sum in, vel super; ab eod. Th.

Ἐπιπρεσβεύω, legatus mittor, seu eo ad; Poll. l. 8. & ἐπιπρεσβεύομαι, legatum seu legationem mitto ad; idem, ibidem; à πρεσβεύω, Vi.

Ἐπιπρίω, in superficie serro; item, dentibus super aliqua re frendo, &c. à Th. πρίω, Vi.

Ἐπιπρὸ, apud Apoll. Argonaut. cujus Schol. ait esse, εἰς τὸ ἔμπροσθεν, sive εἰς τοὔμπροσθεν, &c. Sed exponitur &, longo tractu, &c. ab ἐπὶ & πρό.

Ἐπιπροβάλλω, superinjicio; Plut. in Rom. à προβάλλω, Vi.

Ἐπιπροέηκεν, insuper misit, 3. sing. a 1. act. Att. ab ἐπιπροΐημι, quod ex ἐπὶ, πρὸ & ἵημι, mitto: f. ἥσω. p. εἷκα. a. 1. ἧκα, & Att. ἕηκα. a. 2. ἧν. a. 2 inf. εἶναι.

Ἐπιπροέμεν, Ion. pro ἐπιπροεῖναι, a. 2. inf. act. ab eod. verbo.

Ἐπιπροϊάλλω, protendo, foras emitto: ex ἐπὶ, πρὸ & ἰάλλω, mitto: a. 1. ἴηλα.

Ἐπιπροΐημι, insuper mitto: vide ἐπιπροέηκεν.

Ἐπίπροιξ, quod doti additur, accedit, vel adjicitur, &c. Item, ἐπίπροικος; dotata; quæ cum dote locata fuit seu locatur, &c. à Th. προὶξ, κὸς, ἡ, donum, dos, &c.

Ἐπιπρονέομαι, contrà progredior; à προνέομαι, prodeo, progredior; ex πρὸ & νέομαι, idem quod νέω, eo, redeo, &c. Vi.

Ἐπιπροπίπτω, procido super; Vi. προπίπτω.

Ἐπίπροσθεν, adv. ante: ex πρόσθεν, idem. Th. πρὸ, ante.

Ἐπιπρόσθεσις, εως, ἡ, & ἐπιπροσθέτησις; idem quod προσθέτησις, & πρόσθεσις; appositio, adjectio, &c. Vi.

Ἐπιπροσθέω, ῶ, objicio, obtendo; obscuro, officio luminibus, obtenebro; obumbro, &c. Ut ἐπιπροσθοῦν ὄρος; mons urbem occultans, &c. Item, interjectus sum, &c. Unde, ἐπιπρόσθησις, ἡ, obumbratio, obtentus, &c. ab ἐπίπροσθεν idem quod ἔμπροσθεν; quæ vide.

Ἐπιπροσπλέω, idem quod προσπλέω, adnavigo. Th. πλέω, Vi.

Ἐπιπροτέρωσε, ulterius; idem quod προτέρωσε; à πρότερος; quod vide.

Ἐπιπροφαίνομαι, supra aliquam rem appareo; à προφαίνω, Vi.

Ἐπιπταίρω, sternuto super; sternuto aliquam ob rem, vel, sternuto adversus, &c. à πταίρω, Vi.

Ἐπιπτάρνυμαι, idem quod ἐπιπταίρω; (id vide) item, revoco, detineo, &c.

Ἐπιπτάω, supervolo, advolo; à πτάω, vel, πτῆμι, volo; id vide in πτάμενος.

Ἐπιπτέσθαι, a. 2. inf. m. ex ἐφίπτημι, advolo: ex ἐπὶ & ἵπταμαι, volo, as. f. πτήσομαι. a. 2. m. ἐπτόμην.

Ἔπιπτον, ες, ε, imperf. act. verbi πίπτω, cado: f. 2. πεσοῦμαι. p. πέπτωκα. a. 2. ἔπεσον.

Ἐπίπτυγμα, τὸ, operculum, applicamen; Item, ἐπίπτυξις, applicatio operculi; ab ἐπιπτύσσω, complico, complicando claudo, &c. à Th. πτύσσω, Vi.

Ἐπιπτυχὴ, ῆς, ἡ, plicatura. Th. πτύσσω, plico: f. ξω.

Ἐπιπτύω, inspuo, insputo, &c. Unde ἐπίπτυστος, dignus qui insputetur, &c. à πτύω, spuo, &c. Vi.

Ἐπίπυῤῥος, subrufus; ad rufum colorem inclinans, &c. à πυῤῥὸς, id vide.

Ἐπίπτωσις, invasio; verbale ab ἐπιπίπτω, id vide.

Ἐπιπωλέομαι, obambulo, lustro: ex ἐπὶ & πωλέω, idem cum πολέω, verto.

Ἐπιπωματίζω, idem quod πωμάζω, operculo claudo, & obturo; à Th. πῶμα, operculum, &c. Vi. Unde πωμάζω, & πωματίζω, obturo vas aliquod, &c.

Ἐπιπωρόω, insuper obduro; præterea induro; unde, ἐπιπώρωσις, obstinatio, induratio; item, cæcitas, &c. à πωρόω, id vide.

Ἐπιῤῥαβδοφορεῖν τὸν ἵππον; est equum virga incitare ad cursum; à ῥαβδοφορέω, virgas gesto seu baculum; à ῥαβδοφόρος, virgas gestans, &c. Vi.

Ἐπιῤῥαίνω, inspergo. Th. ῥαίνω, f. ανῶ, idem.

Ἐπιῤῥάκτης, ὁ, ut ἐπιῤῥάκτης θύρα; apud Plut. porta pendula & recidens, quæ dejiciendo vel suspendendo claudi potest; porta cataracta; verbale ab ἐπιῤῥάσσω, incumbo, &c. Vi.

Ἐπίῤῥαμμα, assumentum, quod assutum est; à seq. ἐπιῤῥάπτω.

Ἐπιῤῥαπίζω, taxo, refello, reprehendo, &c. (item, ἐπιῤῥαπισμὸς, οῦ, ὁ, pro murmure; apud Polyb.) dicitur etiam ἐπιῤῥιπίζειν τὸ πῦρ; pro obruere ignem, &c. à ῥαπίζω; id vide.

Ἐπιῤῥάπτω, insuo: f. ψω. p. ἐπέῤῥαφα· ex ἐπὶ & ῥάπτω, suo.

Ἐπιῤῥάσσω, irruo, illidor: ex ἐπὶ & ῥάσσω, allido, dejicio: f. ξω.

Ἐπιῤῥέειν, influere. Th. ῥέω, fluo: f. ῥεύσω.

Ἐπιῤῥεπὴς, έος, οῦς, ὁ, ἡ, propensus: ab

Ἐπιῤῥέπω, vergo, propendeo: ex ἐπὶ & ῥέπω, f. ψω, idem.

Ἐπιῤῥέω, vide ἐπιῤῥέειν.

Ἐπιῤῥήδην, palàm, apertè, manifestè; Apoll. Arg. 2. Eust. ex Arat. exponit, ῥητῶς καὶ ὀνομαστικῶς; nominatim, &c. ab ἐπὶ & ῥέω, dico, loquor, &c.

Ἐπίῤῥημα, τος, τὸ, adverbium, pars orationis apud gram. Th. ῥέω, dico.

Ἐπιῤῥηματικὸς, οῦ, ὁ, adverbialis; adverbii formam habens; unde, adv. ἐπιῤῥηματικῶς; adverbialiter, &c. ab ἐπίῤῥημα.

Ἐπίῤῥησις, εως, ἡ, vituperatio, accusatio; & ἐπίῤῥητος, ου, ὁ καὶ ἡ, vituperabilis; infamis, abjectus; reprehensione dignus, &c. ab ἐπὶ & ῥέω, dico, loquor, &c.

Ἐπιῤῥήσσεσκε, claudebat, irruebat, 3 sing. imperf. Ion. pro ἐπέῤῥασσε, verbi ἐπιῤῥάσσω, illidor, irruo: vel ab ἐπαράσσω, idem ex ἐπὶ & ἀράσσω, vel τίω, f ξω, amputo, tundo. Sunt qui malint esse imperf. Ion. verbi ἐπιῤῥήσσω, infringo: ab ἐπὶ & ῥήσσω, vel τίω, seu ῥήγνυμι, frango: f. ξω.

Ἐπιῤῥητορεύω, sive, ἐπιῤῥητορεύω, verbigerans alloquor; i. e. oratorie & eloquenter dico. à ῥητορεύω, id Vi.

Ἐπιῤῥήσσω, cum impetu & fragore claudo fores, ostium, &c. Hom. ab ἐπὶ & ῥήσσω, Vi.

Ἐπιῤῥίζιον, ου, τὸ, q. d. adradicium; additamentum ad radicem; exponitur &, radicamentum; item, capillamentum radicum; radix parva quæ adnascitur, &c. ab ἐπὶ & ῥίζα, radix.

Ἐπιῤῥίπτω, injicio, conjicio, cum acc. f. ψω. p. ἐπέῤῥιφα. a. 1. ἐπέῤῥιψα, a. 1. part. ἐπιῤῥίψας, αντος. Ex ἐπὶ & ῥίπτω, f. ψω, projicio, præcipito.

Ἐπιῤῥοὴ, ῆς, ἡ, influxus: influxio, &c. Item, ἐπιῤῥοια, idem; & pro affluentia, abundantia, &c. Apud Areopag. Utrumq; ab ἐπιῤῥέω, Vi.

Ἐπιῤῥοθέω, strepitum seu fremitum edo; interdum & tumultuor; de strepitu admurmurantium apud Eurip. in Aes. est à sequente ἐπίῤῥοθος; id vide.

Ἐπίῤῥοθος, ου, ὁ, ἡ, qui magnâ animi contentione aliquem juvat, auxiliator, vel auxiliatrix; item utilis: ex ἐπὶ & ῥόθος, undarum strepitus.

Ἐπίῤῥοια, influxio, &c. Vide in ἐπίῤῥοή.

Ἐπιῤῥοιζέω, rapido cum impetu & stridore, &c. est ab ἐπιῤῥοιζῶ, obstrepo: item, urgeo, hortor, &c. ab ἐπὶ, & ῥοιζέω, strido, stridorem edo, &c. (à Th. ῥοῖζος) Undè ῥοιζδος, idem quod ῥοῖζος, stridor, & ῥοιζδέω, idem quod ῥοιζέω, strido, &c.

Ἐπιῤῥυγχὶς, ίδος, ἡ, curvitas rostri in avibus rapacibus. Suid. ab ἐπὶ, & ῥύγχος, εος, τὸ rostrum, &c. Vide.

Ἐπιῤῥύζειν, immittere & incitare canes; Aristoph. in vespis; sed scribitur etiam ἐπιῤῥοίζειν.

Ἐπιῤῥυὴς, έντος, distillans, confluens, affluens: ab ἐπιῤῥύω, instillo; id vide.

Ἐπιῤῥυθμίζω, formo, dispono, apto, concinno, &c. idem quod ῥυθμίζω, à ῥυθμὸς; id vide.

Ἐπιῤῥυπαίνω, fœdo, maculo; idem quod ῥυπαίνω, sordido, sordidum reddo, contamino, &c. à ῥύπος, sordes, &c. vide.

Ἐπίῤῥυσις, ἡ, influxio: Item, accessio qua aliquid sensim augetur, &c. Item ἐπίῤῥυτος, ὁ, ἡ, qui influit; i. e. adventitius: ut δύναμις ἐπίῤῥυτος; Plat. de rep. lib. 7. Item, is in quem influit humor, & infunditur; ut ἐπίῤῥυτον σῶμα; idem in Tim. exponitur etiam affluens irrigatus, irriguus, &c. Verbalia sunt ab ἐπιῤῥύω, idem cum ἐπιῤῥέω, influo, instillo, &c.

Ἐπιῤῥωννύω, & ἐπιῤῥώννυμι, corroboro. Th. ῥωννύω, idem.

Ἐπιῤῥωσθεὶς, έντος, confirmatus, corroboratus: a. 1. part. pass. ex ἐπιῤῥώννυμαι, confirmor: ab eod. Th.

Ἐπίῤῥωσις, confirmatio virium, corroborandi actio, &c. Item, ἐπιῤῥωστικὸς, ad roborandas corporis vires aptus, &c. ab eod. verbo.

Ἐπίσαγμα, ατος, τὸ, centones qui supponuntur clitellis, & ipsæ clitellæ: item, sarcina quæ præter legitimum onus imponitur, &c. Item, ἐπίσαξις, accumulatio, aggestio, &c. Ut ἐπίσαξις τῆς γῆς; accumulatio terræ, &c. Theoph. Utrumque verbale ab ἐπισάττω, impono clitellas seu stragula, aut quicquid equo imponi solet; & simpliciter, impono, insterno: item, accumulo, &c. Vide.

Ἐπισάζω, complano, æquo, adæquo; ex Aristot. ab ἐπὶ, & verbo, ἰσάζω, æquo, adæquo, ab ἴσος, æqualis, &c. V.

Ἐπίσαλος, ὁ ἐν σάλῳ, qui est in jactatione, mobilis, instabilis, qui agitatur, &c. Undè ἐπισαλεύω, concutior, agitor, aberro, &c. Vide σαλεύω, & Th. σάλος, &c.

Ἐπίσαξις, vide suprà, in ἐπίσαγμα.

Ἐπισάττω, insterno. Th. σάττω, f. ξω. onero.

Ἐπισείω, incutio. Th. σείω, f. σω, p. εικα, quatio.

Ἐπίσειον, vel ἐπίσιον, ου, τὸ, pubes, imus venter, &c. Utrumque sic dicitur, pro Them. ἐπείσιον, aqualiculus, &c. id vide.

Ἐπίσειστος, ita dicebatur persona scenica; vide Pollucem: κόμη ἐπίσειστος, coma ventilans; quæ facile movetur & concutitur, & minimo motu, flatu, vel incursu agitatur & ventilatur, &c. ab ἐπὶ, & σειστὸς, qui concuti seu quassari potest, &c. à σείω; V.

Ἐπισέληνα, τὰ, placentæ lunatæ; i. e. in lunæ formam factæ, &c. ab ἐπὶ, & σελήνη, luna, &c. V.

Ἐπισημαινόμεθα, 1. plur. præs. ind. pass. ab

Ἐπισημαίνω, indico: f. ανῶ, p. γκα. Th. σῆμα, nota.

Ἐπίσημος, ου, ὁ, ἡ, insignis, illustris, signatus: ἐπίσημον τῆς νηὸς, navis insigne: ab eod. Th.

Ἐπίσης, adv. æquè ac, perinde: ex ἐπὶ & ἴσος, æqualis, par.

Ἐπισίζω, canes instigo, seu incito, sibilo quodam, &c Undè ἐπίσιγμα, canum instigatio; & ἐπίσιξιν, canum in venatione incitamentum, &c. à verbo σίζω, id vide.

Ἐπισινὴς, cui noceri potest, detrimento obnoxius; sed in neut. τὸ ἐπισινὲς, noxium, damnosum, &c. Undè etiam, ἐπισίνιος, insidiator, clam lædere alios studens; ab ἐπὶ, & σίνω, noceo: undè σίνος, εος, τὸ, noxa, damnum, &c. Vide.

Ἐπισιτιδούμενος, f. part. ab Att. fut. ἐπισιτιοῦμαι, communiter, ἐπισιτίσομαι, hinc f. part. ἐπισιτισόμενος, Att. ἐπισιτιούμενος, Ion. versâ dipthongo ου in εῦ, fit, ἐπισιτιδούμενος, ab

Ἐπισιτίζομαι, cibaria sumo: ab

Ἐπισιτίζω, cibaria præbeo: f ίσω. p. ἐπισεσίτικα, perf pass. ἐπισεσίτισμαι ex ἐπὶ & σῖτος, frumentum.

Ἐπισιτισμὸς, οῦ, ὁ, cibaria, cibus, victus: à perf. pass. super. verbi.

Ἐπίσιτος, qui victus causâ alicui operam suam locavit; item ἐπισίτιος, idem; undè τὰ ἐπισίτια, cibaria, commeatus: item, viatica, viaticum; Suid. à quo, ἐπισιτιάζω, viaticum sumo, seu viaticor, &c. ab ἐπὶ, & σῖτος; V.

Ἐπισιτεῖν, apud Hesych. exponitur incitare venatorum more, &c. ex ἐπὶ, & σίττα; id vide.

Ἐπισίφλιον, irrisione dignum, deforme, turpe, &c. à Them. σιφλὸς, deformis: undè σιφλὸς, idem; id vide.

Ἐπισκάζω, claudico. Them. σκάζω, idem.

Ἐπισκέλησις, ἡ, dicitur in re equestri, prima equi inceptio ad gressus glomerandos; quum scil. pedes movere incipit, &c. à Th. σκέλος, εος, τὸ, crus, &c. V.

Ἐπισκεπὴς, supernè tectus, locus opacus vel contectus, & à vento remotus, &c. ab ἐπὶ, & σκέπω, tego; undè σκέπη, ἡ, tegumentum, &c. V.

Ἐπισκέπτομαι, inviso, visito: f. ψομαι, p. pass ἐπέσκεμμαι, recensitus sum: a. 2. ἐπεσκέπην, ης, η, lustratus fui: a. 1. m. ἐπεσκεψάμην, ω, ατο, a. 1. imperat. m. ἐπίσκεψαι, άσθω, 2. pl. ἐπισκέψασθε, deligite, despicite, a. 1. m. sub. ἐπισκέψωμαι, η, ηται, ex ἐπὶ & σκέπτομαι, circumspicio, viso.

Ἐπισκέπω, supernè intego, & operio, intego, &c. à Th. σκέπω; id vide.

Ἐπισκευάζω, f. άσω, p. ακα, sarcio, instauro, insterno: ex ἐπὶ & σκευάζω instruo. Th. σκεῦος, vas.

Ἐπισκευὴ, ῆς, ἡ, instauratio, refectio: ab eod. Th.

Ἐπισκευαστὴς, οῦ, ὁ, instaurator; & ἐπισκευαστὸς, ὁ, instauratitius; redivivus, &c. ab ἐπισκευάζω; vide.

Ἐπίσκεψις, εως, ἡ, visitatio, acc. ἐπίσκεψιν. ab ἐπισκέπτομαι, quod vide.

Ἐπισκηνόω, in tabernaculo habito: f. ώσω. p. ἐπεσκήνωκα. a. 1. ἐπεσκήνωσα; a. 1. sub. ἐπισκηνώσω, ῃς, ῃ; ex ἐπὶ & σκηνὴ, tabernaculum.

Ἐπίσκηνος, qui super scena est aut fit; item, sub pellibus & in tentoriis habitans, &c. Item, substantivè, idem quod ἐπισκήνιον, τὸ, domicilium super scena: item, superior scenæ pars, &c. ab iisdem.

Ἐπισκήπτειν, cum impetu deferri, accusare, obtestari. Th. σκήπτω, cum impetu cado.

Ἐπισκήπτω, & ἐπισκηρίπτω; idem quod ἐνσκήπτω, innitor, incumbo, fulcio me, &c. à σκήπτω, nitor, innitor, &c. Undè σκηρίπτω, idem; formatur enim ab eo, epenthesi syllabæ, ρι; quamvis Eust. σκήπτω, ex σκηρίπτω, per Syncopen dici tradat.

Ἐπίσκηψις, ἡ, ipsa ingruendi & incumbendi actio; item, actio judiciaria, qua injuriarum aliquem accusamus, &c. Sic dicitur etiam eloquium morientis; h. e. oratio qua aliquid à circumstantibus petit aut mandat post mortem suam fieri, &c. Verbale à præced.

Ἐπισκιάζειν, obumbrare. Th. σκιὰ, umbra.

Ἐπισκιασμὸς, obumbratio; tegumentum, velamentum, &c. à præced. verbo. Item, ἐπίσκιος, quem umbra protegit, umbrâ obtectus, umbrosus: undè dicuntur loca ἐπίσκια, umbrosa, & in quibus, æstate latent feræ, umbram captantes, &c. Item, ἐπίσκιος βίος, vita umbratilis, seu, quæ sub umbraculis agitatur, &c. ab ἐπὶ, & σκιὰ, umbra.

Ἐπίσκοπα, ut scopum assequaris: adv. quod à σκοπὸς, scopus. Th. σκέπτομαι, circumspicio.

Ἐπισκόπει, considera, præs. imper. act. ab

Ἐπισκοπέω, visitationi vaco, prospicio: f. ήσω, p. ἐπεσκόπηκα ex ἐπὶ & σκοπέω, contemplor, video. Them. σκέπτομαι, f. ψομαι, circumspicio, video: p. ἔσκεμμαι.

Ἐπισκοπὴ, ῆς, ἡ, visitatio: ab eodem Them.

Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, EPISCOPUS, inspector, præses: ab ἐπέσκοπα, prær. m. verbi ἐπισκέπτομαι, circumspicio; quod vide.

Ἐπισκοπεύω, gero episcopatum, episcopus sum; episcopi munere fungor, &c. Item, ἐπισκοπεῖον, τὰ; habitatio episcopi, &c. à præced. ἐπισκοπὴ, & ἐπίσκοπος.

Ἐπισκοτέω, obtenebro. Th. σκότος, tenebræ.

Ἐπισκότησις, εως, ἡ, obscuratio, offusio tenebrarum; item, caligo, &c. à præced. verbo.

Ἐπισκύζωνται, indignentur, 3. pl. sub. m. verbi ἐπισκύζομαι ex ἐπὶ & σκύζομαι,

ζομαι, irritor: quod à κύων, κυνὸς, canis.

Ἐπισκυθίζειν, Scytharum more largiùs potare: a. 1. imperat. act. ἐπισκύθισον. a. 1. inf. act. ἐπισκυθίσαι. Th. Σκύθης, ου, ὁ, Scytha.

Ἐπισκυθρωπάζω, frontem contraho; à σκυθρωπάζω; id vide.

Ἐπισκύνιον, ου, τὸ, supercilium: ex ἐπὶ & σκύνιον, summa palpebra, cilium.

Ἐπισκώπτω, irrideo dicteriis. Th. σκώπτω, dicteriis utor: f ψω.

Ἐπισμῇ, Ion. pro ἐπισμᾷ, ab ἐπισμάω, idem quod σμάω, abstergo, detergo.

Ἐπισμυγερὴ, ῆς, ἡ, ærumnosa: ab ἐπὶ & μύχω, f. ξω, vasto, corrumpo.

Ἐπισος, æqualis; ab ἐπὶ, & ἴσος, idem.

Ἐπίσης, adverb. æque ac, vel perinde; ab ἔπισος.

Ἐπασπαίρω, subsulto, velut ab animi deliquio palpitabundus, &c. nam Them. ἀσπαίρω, propriè, est palpitare, & tremere, more eorum qui morti obluctando animam efflant, &c. vide.

Ἐπισπάομαι, ῶμαι, attraho: ἐπισπάσθω, 3. sing. præs. imperat. m. f. άσομαι, a. 1. m. ἐπισπασάμην, ω, ατο; ex ἐπὶ & σπάω, traho.

Ἐπισπαστῆρες, ων, οἱ cardines ostii: à præced.

Ἐπίσπαστρον, ου, τὸ, laqueus, funis: tentorium velum quo aliquid ἐπισπᾶται, id est, attrahitur: ab ἐπισπάομαι, quod vide.

Ἐπίσπασις, ἡ, attractio, adductio, &c. Item, ἐπισπαστὴρ, ῆρος, ὁ, attractor, seu instrumentum quo aliquid attrahimus, & adducimus, &c. ἐπισπαστὸς, ὁ; quem quis ipse sibi accersivit, & attraxit; ut, ἐπισπαστὸν κακὸν; Odyss. ω. &c. Sic, ἐπισπαστικὸς, attrahendi vim habens, &c. omnia ab ἐπισπάω, attraho, & pass. ἐπισπάομαι, attrahor, &c. Vide præcedens, ἐπισπάομαι, in media voce.

Ἐπισπείρω, insuper sero, seu denuo semino: item, insero, insemino, seu, in in aliquo sero, &c. Unde ἐπισπορὰ, ἡ, & ἐπισπορεία, ἡ, satio iterata; seu qua satis prioribus novum semen superinducitur, seu superseritur, &c. Item, insitio, satio alicujus in alio, &c. Sic, ἐπίσπορος, qui inseritur vel reseritur, &c. à Th. σπείρω; id vide.

Ἐπίσπεισις, εως, ἡ, libatio. Them. σπένδω, libo: f. σπείσω.

Ἐπισπένδειν, infundere, libare: ab eodem Them.

Ἐπισπερχὴς, festinus. Them. σπέρχω, urgeo.

Ἐπισπέρχω, urgeo: ab eod. Th.

Ἐπισπεύδω, propero, urgeo. Th. σπεύδω, festino: f. σω.

Ἐπίσπῃ, 3. singul. a. 2. sub. ab ἐπισπῶ, abeo: ab ἐπὶ & σπῶ, verbo Poët. pro ἕπω, sequor.

Ἐπίσποιτο, comitetur, 3. sing. a. 2. opt. m. à verbo Poët. σπόμαι, pro ἕπομαι vide σπεῖο, sequere: hinc ἐπισπόμενος, part.

Ἐπισπονδὴ, fœdus, induciæ; Thucyd. l. 5. à σπονδὴ; id vide.

Ἐπισπορὰ, ἐπισπορεία, & ἐπίσπορος; vide in ἐπισπείρω.

Ἐπισπορίη, ης, ἡ, iterata satio: ab ἐπὶ & σπείρω, sero: fœm. ερῶ, p. m. ἔσπορα.

Ἐπισπουδάζω, festino, incito, instigo, &c. Unde ἐπισπουδαστὴς, οῦ, ὁ, accelerator, &c. à σπουδάζω; id vide.

Ἐπισπώμενος, η, ον, attractus, præs. part. m. ab ἐπισπάομαι, attraho. Th. σπάω, traho.

Ἐπίσσυτος, impetuosus, ingruens, incumbens, &c. est verbale ab ἐπισσύω, inusit. pro quo usit. ἐπισεύω, & ἐπισύω, & ἐπισεύω; idem quod σεύω, & σύω, inusit. quæ vide.

Ἐπισταγμὸς, οῦ, ὁ, instillatio; ab ἐπιστάζω, instillo, seu super instillo; unde particip. ἐπισταγεὶς, infusus; ut, in Diosc. lib. 1. ἐπισταγεὶς γάλακτι, lacti instillatus, &c. à Th. στάζω, stillo; unde στάγμα, τὸ, gutta, stilla; item, liquor qui stillatur, &c. vide.

Ἐπίσσωτρα, nom. plur. ab ἐπίσσωτρον, ου, τὸ, canthus, ferramentum illud curvum, quod ligno orbiculari rotæ affigitur, ne continua agitatione conteratur: ex ἐπὶ & σῶτρον, lignum orbiculare rotæ, quod à σείω, agito.

Ἐπίστα, Poët. & Dor. pro ἐπίστασαι, scis, nôsti, 2. sing. præs. ab ἐπίσταμαι, quod vide.

Ἐπισταδὸν, constanter, instanter, vel stando; (adv. ab ἐφίσταμαι, insto, &c. vide.) Item, scite, scienter, peritè; ab ἐπίσταμαι, scio, &c. V.

Ἐπίσταθμα, τὰ, mansiones, stativa, &c. item,

Ἐπίσταθμος, ου, ὁ, mansionum curator: ex σταθμὸς, stabulum, statio. Th. ἵστημι, sto.

Ἐπισταθμεύω, stativa habeo, diversor: à præced.

Ἐπισταθμεία, ας, ἡ, diversatio: à priori.

Ἐπισταλάω, & ἐπισταλάζω, instillo; idem quod & pro ἐπιστάζω, id vide.

Ἐπίσταλμα, ατος, τὸ, mandatum, quod fit per epistolam; vulgo, commissio dicitur; item, ἐπισταλτικὸς, qui scribendis epistolis operam dat, &c. Utrumque ab ἐπιστέλλω, id V.

Ἐπίσταμαι, σαι, ται, peritus sum, scio, & in 1. plur. ἐπιστάμεθα, præs. part. ἐπιστάμενος, η, ον, sciens: imperf. ἠπιστάμην, σο, ατο, f. ἐπιστήσομαι ex ἐπὶ & & ἵσαμαι, vel ἵσημι, scio, facta Epenthes. lit. τ.

Ἐπιστάμενος, sciens, part. superioris, item superstans: vide ἐπίστασθαι.

Ἐπισταμένως, scienter, adv. ab ἐπίσταμαι, quod vide.

Ἐπιστάντες, instantes, nom. pl. a. 2. part. act. ab ἐπιστὰς, ἄντος, verbi ἐφίστημι, insto, f. ἐπιστήσω, p. ἐφέστηκα, a. 2. ἐπέστην, a. 2. sub. ἐπιστῶ ex ἐπὶ & ἵστημι, sto.

Ἐπιστὰς, ἄντος, a. 2. part. vide ἐπιστάντες.

Ἐπίστασαι, 2. sing. præs. verbi ἐπίσταμαι, quod vide.

Ἐπίστασθαι, Ion. pro ἐφίστασθαι, suprà stare. Si ἐπιστάμενος, Ion. pro ἐφιστάμενος, præs. part. pass. verbi ἐφίστημι, insto, quod vide, vel part. a. 2. m.

Ἐπιστασία, ας, ἡ, inspectio, animadversio, curatio: &

Ἐπίστασις, εως, ἡ, idem. Th. ἵστημι, sto.

Ἐπιστάσιος Ζεὺς, Jupiter stator; quod eum sublatis ad cœlum manibus Romulus orabat ut sisteret exercitum fugientem; Plut. in Rom. ab eod. Th.

Ἐπιστατέω, fœmin. ήσω, p. ηκα, præsum: ab

Ἐπιστάτης, ου, ὁ, magister, præfectus: ab ἐφίστημι, præficio. Th. ἵστημι, sto.

Ἐπιστάτις, ιδος, ἡ, quæ curandis & administrandis negotiis præest, &c. Item, ἐπιστατικὸς, οῦ, ὁ; ad curatorem & præfectum pertinens, &c. Synes. de insomn. & ἐπισταθεύω, idem quod ἐπιστατέω, ῶ, præfectus sum, epistatam ago: Unde, ἐπιστατία, ἡ, functio ἐπιστάτου, curatio, præfectura, &c. omnia ejusdem Th. & comp. ab ἐφίστημι, id vide; quod ex ἐπὶ, & ἵστημι.

Ἐπίστατο, noverat, 3. sing. imperf. verbi ἐπίσταμαι, quod vide.

Ἐπιστατοῦντες, nom. pl. part. præs. verbi ἐπιστατέω, præsum, præfectus sum: ab ἐπὶ & ἵστημι, sto.

Ἐπισταχύω, augeo vel augeor, in modum plantatarum spicarum, &c. ab ἐπὶ, & & στάχυς, υος, ὁ, spica: unde σταχυόομαι, οῦμαι, spicor; i. e. spicam protrudo; vel in spicam evado, &c.

Ἐπιστέαται, Ion. pro ἐπίστανται, 3. pl. ab ἐπίσταμαι quod vide.

Ἐπιστεῖλαι, scribere, a. 1. inf. act. ab

Ἐπιστέλλω, mitto: f ἐπιστελῶ, p. ἐπέσταλκα. a. 1. ἐπέστειλα, p. m. ἐπέστολα ex ἐπὶ & στέλλω, mitto.

Ἐπιστεύετο, 3. sing. imperf. pass. verbi πιστεύω, credo: f. εύσω quod à πίστις, fides. Th. πείθω, persuadeo.

Ἐπιστεύθη, commissum erat, 3. sing. a. 1. pass. ab eod. verbo.

Ἐπιστεφὴς, έος, οῦς, ὁ, ἡ, coronatus: ab

Ἐπιστέφω, corono. Them. στέφω, corono: f. ψω.

Ἐπιστέωνται, sciant, Ion. pro ἐπίστωνται vide ἐπίσταμαι.

Ἐπίστῃ, scis, Att. pro ἐπίστασαι, 2. sing. præs. ind. ab ἐπίσταμαι, quod vide.

Ἐπίστηθι, ήτω, insta, a. 2. imperat. ab ἐφίστημι, insto, quod vide, vel ἐπιστάντες.

Ἐπίστημα, τὸ, columna quæ erigi defunctis solet, stola sepulchralis, &c. Item ἐπιστήμος, cunctatrix, cogitabunda, hæsitans, &c. Utrumque ab ἐφίστημι; V.

Ἐπιστήμαις, dat. pl. ab

Ἐπιστήμη, ης, ἡ, scientia, peritia, ars: ab ἐπίσταμαι, scio. Th. ἵσημι, idem.

Ἐπιστήμων, ονος, ὁ, ἡ, scientiâ præditus: ab eod. verbo, & Th.

Ἐπιστημόνως, scienter, peritè, scitè, & in superlativo gradu, ἐπιστημονέστατα, doctissime, &c. Item, ἐπιστημοσύνη scientia, peritia; ἐπιστημονικὸς, cui scientia inest, scientia præditus, &c. Item, apud Arist. in Poster. Anal. dicitur scientiæ cujusq; proprius, & scientiæ efficiens, &c. Unde adv. ἐπιστημονικῶς, peritè; (cui oppon. ἀμαθῶς,) scienter, &c. omnia ab eod. etiam verbo & Th.

Ἐπιστημοσύνη, ἡ, peritia, scientia, &c. ejusdem itidem Th. & comp.

Ἐπιστῆναι, instare, a. 2. inf. ab ἐφίστημι, supersto, incumbo. Th. ἵστημι, sto.

Ἐπιστηρίζω, confirmo: f. ίξω, & ιῶ, Att. p. ἐπεστήριχα, a. 1. ἐπεστήριξα ex ἐπὶ & στηρίζω, firmiter statuo.

Ἐπιστήσῃ, scies, 2. sing. f. 1. m. ab ἐπίσταμαι,

ϛαμαι, quod vide.
Ἐπιϛητὸς, ῦ, ὁ, cadens ſub ἐπιϛήμην, i. e. ſcientiam, &c. Undè in neut. τὸ ἐπιϛητὸν, eſt, id quod ſcitur, &c. ab ἐπίϛαμαι, ſcio, & Th. ἵϛημι, idem.
Ἐπιϛητέον, ſciendum eſt; ab eodem verbo & Themate.
Ἐπίϛιον, Ion. pro ἐφέϛιον, domicilium: &
Ἐπίϛιος, Ion. pro ἐφέϛιος, domeſticus, incola: ab ἐπὶ & ἑϛία, focus, lar.
Ἐπιϛιχάομαι, accedo, eo; idem quod ἐπιϛείχω, adeo, accedo; à Th. ϛείχω, eo, vado, &c. V.
Ἐπιϛοβέεσκεν, Ion. pro ἐπεϛόβουν, ſeu ἐπεϛόβεεν, imperf. act. verbi ἐπιϛοβέω, pro ἐπιϛομέω, irrideo, contumeliâ afficio: ex ἐπὶ & ϛόμα os.
Ἐπιϛολάδην, adv. ornatè, ſuccinctè: ex ἐπὶ & ϛέλλω, mitto: item orno: f. ϛελῶ, p. ἔϛαλκα, a. 1. ἔϛειλα, p. m. ἔϛολα.
Ἐπιϛολὴ, ῆς, ἡ, EPISTOLA: ab ejuſd. verbi præt. m.
Ἐπιϛολικὸς, ῦ, epiſtolaris, à præced.
Ἐπιϛόλιον, τὸ, parva ſeu brevis epiſtola, epiſtolium; Plut. Item, ἐπιϛολεὺς, έως, ὁ, epiſtolarum ſcriptor, vel magiſter: item, tabellarius, ſeu tabellio, &c. Sic dicitur etiam vicarius navarchi, qui vicem gerit ejus qui toti claſſi præfectus eſt, &c. Item, ἐπιϛολιμαῖος, ὁ, ἡ; idem quod ἐπιϛολικὸς, epiſtolaris; ut κατηγορίαι, ἐπιϛολιμαῖοι, quæ fiunt per epiſtolas, &c. omnia ab eod.
Ἐπιϛολιαφόρος, vel ἐπιϛολιοφόρος, qui epiſtolas fert, tabellarius, tabellio, &c. ab ἐπιϛολὴ, vel ἐπιϛόλιον, & φορὸς, ferens, à φέρω, fero.
Ἐπιϛολοειδὴς, έος, ὁ, ἡ; epiſtolæ ſimilis, &c. ab ἐπιϛολὴ, & εἶδος, τὸ; V.
Ἐπιϛομίζω, os obthuro: f. ίσω, p. ἐπεϛόμικα: ex ἐπὶ & ϛόμα, os, oris.
Ἐπιϛόμιον, ῦ, τὸ EPISTOMIUM: ab eod. Them.
Ἐπιϛόμισμα, τὸ; (idem quod ἐπιϛόμιον) obturamentum, obſtaculum, obex; præpedimentum, & velut frænum, &c. à præced. verbo ἐπιϛομίζω.
Ἐπιϛρατεύω, expeditionem ſuſcipio adverſus: ex ἐπὶ & ϛρατεύω, exercitum educo. Th. ϛρατὸς, exercitus.
Ἐπιϛρατηΐη, ης, ἡ, Ion. pro ἐπιϛρατεία, militaris expeditio adverſus aliquem: à præced. verbo.
Ἐπιϛρατοπεδεύω, caſtra moveo adverſus, exercitu infeſto, invado, &c. à ϛρατοπεδεύω, quod vide in ϛρατόπεδον.
Ἐπιϛραφεὶς, εῖσα, ὲν, in gen. ἐπιϛραφέντος, a. 2. part. paſſ. ab ἐπιϛρέφω, converto. Them. ϛρέφω, verto: f. ψω. p. ἔϛροφα, a. 2. ἔϛραφον, p. m. ἔϛροφα.
Ἐπίϛρεφε, præſ. imperat. act. &
Ἐπιϛρέφεται, 3. ſing. præſ. paſſ. ab ἐπιϛρέφω; quod vide.
Ἐπιϛρεφέως, Ion. & Poët. accuratè, fraudulenter: ab
Ἐπιϛρέφω, converto: f. ψω, p. ἐπέϛροφα. a. 1. ἐπέϛρεψα, a. 1. imperat. ἐπίϛρεψον, άτω. a. 1. ſub. ἐπιϛρέψω, ῃς, ῃ, a. 1. inf. ἐπιϛρέψαι, a. 1. part. act. ἐπιϛρέψας, αντος. a. 2. paſſ. ἐπεϛράφην, ης, η, converti me: a. 2. imperat. paſſ. ἐπιϛράφηθι, ήτω. a. 2. ſub. ἐπιϛραφῶ. a. 2. part paſſ. ἐπιϛραφεὶς, έντος. p. m. ἐπέϛροφα. Th. ϛρέφω, verto.
Ἐπιϛρέψαι, a. 1. inf. act. ab ἐπιϛρέφω, converto; quod vide.
Ἐπιϛρέψαντα, advertentem, acc. ſing. a. 1. part. act. ejuſd. verbi.
Ἐπιϛρογγύλος, in rotundum inclinatus; ſubrotundus ſeu turbinatus, &c. Item, ἐπιϛρογγύλλω, in globum vel turbinem rotundo, &c. à Them. ϛρογγύλος, rotundus.
Ἐπιϛροφάδην, adv. huc illuc ſe convertendo, fortiter: &
Ἐπιϛροφὴ, ῆς, ἡ, converſio: à præt. m. ἐπέϛροφα, verbi ἐπιϛρέφω, quod vide.
Ἐπίϛροφος, ου, ὁ, ἡ, qui verſatur inter; item flexuoſus: à præced.
Ἐπιϛρωννύω, inſterno: ex ἐπὶ & ϛρωννύω, ſterno: f. ϛρώσω, a. 1. ἔϛρωσα. Th. ϛορέω, ſterno.
Ἐπιϛρωφάω, verſor in, oberro, obeo; Od. ρ. ab ἐπὶ, & ϛρωφάω; V.
Ἐπιϛύλιον, τὸ, trabs aut lapis qui ſupra columnas ponitur; Plut. in Pericle; ab ἐπὶ & ϛύλος, columna, &c. V.
Ἐπίϛω, ſciebas: per contract. pro ἐπίϛαο, Ion. ex ἐπίϛασο, 2. ſing. imperf. ἐπιϛάμην, σο: ab ἐπίϛαμαι, ſcio. Th. ἵϛημι, ſcio.
Ἐπιϛώσαντο, pacti ſunt, 3. pl. a. 1. m. verbi πιϛόω, fidem exigo, quod à πίϛις, fides. Th. πείθω, perſuadeo.
Ἐπισύλληψις, ſuperfœtatio; ab ἐπὶ, & σύλληψις, ἡ, comprehenſio, complexio, &c. vi. eſt verbale, à συλλαμβάνω; quod vide.
Ἐπισυμβαίνω, q. d. ſuper accido, inſuper accido, inſuper accedo, poſtea accido, &c. Ut qualitas ſubſtantiæ, &c. (ab ἐπὶ, & συμβαίνω; id vide.) Undè ἐπισυμβαῖνον, τὸ, quod contigit, &c.
Ἐπισυμμαχία, jus contrahendi ſocietatem mutuo, &c. ab ἐπὶ, & συμμαχία; id vide.
Ἐπισυναγαγεῖν, a. 2. inf. act. ab
Ἐπισυνάγω, congrego, cogo: f. ἐπισυνάξω. p. ἐπισυνῆχα. a. 1. ἐπισυνῆξα. a. 1. inf. ἐπισυνάξαι, a. 2. act. Att. ἐπισυνήγαγον, a. 2. inf. ἐπισυναγαγεῖν, perf. paſſ. ἐπισυνῆγμαι, perf. part. paſſ. ἐπισυνηγμένος, η, ον, a. 1. paſſ. ἐπισυνήχθην. a. 1. part. paſſ. ἐπισυναχθεὶς, εῖσα, ὲν. Ex ἐπὶ, σὺν & ἄγω, ago.
Ἐπισυναγωγὴ, ῆς, ἡ, congregatio: à præc.
Ἐπισυνάπτω, coagmento, conjungo: ex ἐπὶ & συνάπτω, idem. Them. ἅπτω, necto.
Ἐπισυναχθεισῶν, gen. pl. f. g. ab ἐπισυναχθεῖσα, ης, ἡ, a. 1. part. paſſ. f. g. ab ἐπισυνάγω, cogo; quod vide.
Ἐπισυνδίδωμι, invaleſco, accreſco, &c. à συνδίδωμι, q. d. ſimul do; do unum in locum: item, congrego, &c. à δίδωμι, &c.
Ἐπισύνειμι, inſuper convenio in unum: undè ἐπισυνιόντες, ſupervenientes, &c. à σύνειμι, converſor, unà ſum, &c. id vide; item, coëo, congredior, concurro, &c. à σὺν, & εἶμι, eo, &c. V.
Ἐπισυνηγμένη, perf. part. paſſ. f. g. ab eod. Th.
Ἐπισυνίσαμαι, conſpiro, inſurgo in aliquem: Vide ἐπισύϛασις.
Ἐπισυντρέχω, ſimul occurro: ex ἐπὶ, σὺν & τρέχω, curro: f. θρέξω, a. 2. ἔδραμον. p. m. δέδρομα.
Ἐπισύομαι, (idem quod ἐπισεύομαι) incitor, impellor: Hom. Il. ά; item cum impetu ſupervenio, irruo, &c. Il. φ. à σύομαι, inuſit. pro σεύομαι, à σεύω, & σύω, &c. quæ vide.
Ἐπίσυρμα, τὸ, id ipſum quod aliquis poſt ſe trahit; ſeu veſtigium corporis tractim ſe agentis, h. e. reptantis: Item, ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν; quaſi, tractim, & languidè, item, diſſolutè, inconditè, incompoſitè, remiſsè, ſenſim aliquid facere, &c. Utrumque à ſequente.
Ἐπισύρω, traho poſt me; item ambage verborum, rem de quâ agitur, implicare, neque cardinem cauſæ attingere. Them σύρω, traho.
Ἐπισύϛασις, εως, ἡ, coitio, agmen: ex ἐπὶ & συνίϛημι, conflo, ad defectionem ſollicito. Th. ἵϛημι, ſto.
Ἐπισφαγιάζομαι, immolo ſeu macto ſuper, immolo poſt, &c. Item, ἐπισφάζω, vel ἐπισφάττω; idem, jugulo ſeu macto ſuper, vel ſimpliciter, jugulo, macto, trucido, &c. Plut. in fab. Undè ἐπισφαγεὺς, jugulator, mactator, &c. à σφάζω, ſeu σφάττω; V.
Ἐπισφαλὴς, έος, ὁ, ἡ, periculoſus, lubricus: ex ἐπὶ & σφάλλω, ſupplanto.
Ἐπισφαττος, perniciosus, exitialis, &c. Item, exponitur, culpandus, abjectus, &c. eſt, per pleonaſmum τῦ, σ, ab ἐπὶ & φάω, occîdo: undè φατὸς, occiſus, mortuus, &c. Vel, à φάω, dico; undè φατὸς; vide.
Ἐπισφάττω, vide in ἐπισφαγιάζομαι.
Ἐπισφελίτης, ῦ, ὁ; remex, &c. ab ἐπὶ, & σφέλας, τὸ, ſcabellum: item, ſedes remigum in navi, &c. vide.
Ἐπισφράγισις, obſignatio: item, ἐπισφραγιϛὴς, qui ſigillum imprimit, obſignator, &c. Utrumque verbale, ab ἐπισφραγίζω, idem quod σφραγίζω; id vide.
Ἐπισφύριον, ῦ, τὸ, fibula ocreæ: ex ἐπὶ, ſuprà, & σφυρὸν, malleolus pedis. Th. σφῦρα, malleus.
Ἐπισφύριος, ocreatus; ejuſd. Th. & comp.
Ἐπιχάζω, in ſuperiore parte ſacrifico; ſeu, cultro aperio; à Th. χάζω; id vide.
Ἐπίσχε, cohibe, præſ. imperat. act. ab ἐπίσχω, quod ab ἴσχω, pro ἔχω, habeo.
Ἐπισχεδὸν, propè, &c. idem quod σχεδὸν, continuò, &c. id vide.
Ἐπισχέειν, Ion. ab ἐπισχεῖν, a. 2. inf. vide in ἐπισχέω.
Ἐπισχέθω, idem quod σχέθω, habeo: à Th. ἔχω, idem; quod vide.
Ἐπίσχεο, Ion. pro ἐπίσχου, a. 2. imperat. me ἐπίσχες, a. 2. imperat. act. ἐπισχόμενος, a. 2. part. m. ἐπισχὼν, a. 2. part. act. ἐπισχεῖν, a. 2. inf. act. ab eod. verbo & Them.
Ἐπισχερὼ, adv. deinceps, ordine: q. ab ἐπίσχω, idem quod ἐπέχω, inhibeo. Th. ἔχω, habeo.
Ἐπίσχεσις, retentio, inhibitio, repreſſio, remora, &c. Idem quod ἐποχή; ut, πνεύματος ἐπίσχεσις, ſpiritus retentio, &c. Item, pro mora; Item, ἐπισχεσία, ἡ, prætextus; Od. φ. Item, occaſio, mora, &c. Item, ἐπισχετικὸς; (idem quod ἐφεκτικὸς) inhibendi & reprimendi vim habens, &c. omnia ab ἐπισχέθω,

id vi. & hoc ab ἐπίσχω; cohibeo, reprimo, inhibeo, &c. ab ἐπὶ, σχέω; vel ἴσχω, &c. quæ vide.

Ἐπισχίζω, in superficie scindo, vel infindo, incido, &c. Item, ἐπισχίδες dicuntur cunei quibus immissis aliquid finditur aut distinetur, ne fissura coeat, &c. Sic, ἐπισχίδιον, idem, cuneus, &c. à Th. σχίζω; id vide.

Ἐπισχναίνω, arefacio, extenuo, &c. Unde, ἐπισχναντέον, arefacere oportet, seu extenuare, &c. ab ἰσχναίνω, idem, Th. ἰσχνός.

Ἐπισχολῆς, otiosè, ἀπερισκεμμένως, Suidas; sed legendum potius videtur separatim, ἐπὶ σχολῆς; vide σχολή.

Ἐπισχόμενος, tenens, a. 2. part. m. vide ἐπίσχω.

Ἐπισχύω, invalesco, magis ac magis urgeo: imperf. ἐπίσχυον, ες, ε, f. ύσω, p. ἐπίσχυκα, a. 1. ἐπίσχυσα. Ex ἐπὶ & ἰσχύω, valeo. Th. ἰσχύς, robur.

Ἐπισχὼν, adhibens, a. 2. part. act. ab ἐπέχω. Th. ἔχω, habeo: f. ἕξω, p. ἔσχηκα, a. 2. ἔσχον, imperf. εἶχον.

Ἐπίσωμος, corpulentus, torosus, &c. Unde, ἐπισωματόω, idem quod σωματόω, ῶ, corpus esse facio; corporeâ naturâ induo, &c. Unde, ἐπισωματοῦσθαι, in corpus coalescere, incorporari, &c. (Th. σῶμα, vide.) Item, ἐπισωμότερον, corpulentius, crassius, &c. compar. ab ἐπίσωμος.

Ἐπίσχω, cohibeo, reprimo, inhibeo; (idem quod, & prior, ἐπέχω) ab ἐπὶ, & ἴσχω; quod vide.

Ἐπισωρεύω, coacervo: f. εύσω, p. ἐπισεσώρευκα. Ex ἐπὶ & σωρεύω, cumulo. Them. σωρὸς, acervus.

Ἐπίσωτρα, τὰ dicuntur ferramenta curva, quæ extrinsecùs ligno illi quod σῶτρον dicitur; imponuntur ne ipsum lignum deteratur continua agitatione; i. e. καρθοὶ, τὸ περὶ τῇ ἀψῖσι σιδήρεον; Poll. lib. 2. c. 14. pro eo, Poëticè, dicitur ἐπίσσωτρα; ut Il. ε', & ψ'. Vide σῶτρον.

Ἐπιταγὴ, ῆς, ἡ, imperium, præceptum: ab ἐπιτάσσω, impero; quod vide.

Ἐπίταγμα, ατος, τὸ, subsidiaria cohors; item mandatum: ab eod.

Ἐπίταδες, Ion. pro ἐπιτηδες, adv. ab ἐπιτήδης, idoneus.

Ἐπιτακτὴρ, ῆρος, ὁ, præses, præfectus, &c. Item, ἐπιτακτικὸς, ὁ, ὁ, imperatorius, imperiosus, ad imperium pertinens, &c. Unde, ἐπιτακτικὴ, scil. ἐπιστήμη, scientia imperandi, &c. & ἐπιτακτικῶς, imperiosè, seu pro imperio, &c. omnia à seq. nomine, & verbo: unde etiam, ἐπίτακτοι, dicuntur triarii & subsidiarii milites, qui collocati sunt, ut laboranti parti in acie succurrant, &c. à sequit. ἐπιτακτὸς, &c. V.

Ἐπιτακτὸς, imperatus: ab ἐπιτάσσω, quod vide.

Ἐπιτάμνειν, Ion. pro ἐπιτέμνειν, incidere. Th. τέμνω, seco.

Ἐπιτάξ, adv. exponitur, breviter, compendiariè; ab ἐπιτάσσω; id vide.

Ἐπίταξις, εως, ἡ, imperatum, jussum: ab ἐπιτάσσω; quod vide.

Ἐπιταράττω, interturbo, interpello. Th. ταράττω, -σσω, turbo: f. ξω.

Ἐπιτάῤῥοθος, ου, ὁ, ἡ; adjutor, pro ἐπίῤῥοθος, idem: ex ἐπὶ & ῥόθος, undarum strepitus.

Ἐπιτάσσω, vel -ττω, colloco, impero: fœmin. ξω. præsert. part. ἐπιτάσσων, οντος: ex ἐπὶ & τάσσω, ordino: fœmin. ξω. p. τέταχα: a. 1. ἔταξα. p. m. τέταγα, unde ἐπιταγὴ, supra.

Ἐπίτασις, intensio, seu, intentio, &c. (hinc opponitur ἄνεσις; ut, ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν, in fidium extensionem & remissionem: item, ἐπίτασις ἐπιθυμίας, libidinis intemperantia, &c. Item, Metaphoricè, exaggeratio, amplificatio, vehementia, &c. est etiam pars quædam fabularum, &c. Sic etiam, ἐπιτατικὸς, intendendi, & augendi, vim habens; quasi intensivus, &c. Utrumque, ab ἐπιτείνω; id V.

Ἐπιτάφιος, ου, ὁ, ἡ, funebris: ex ἐπὶ & θάπτω, sepelio: a. 2. ἔταφον.

Ἐπιτάφιος λόγος; q. d. supersepulchralis: i. e. funebris oratio, &c. Sic, ἐπιτάφιος ἀγὼν, certamen munusque editum in alicujus funere; ludus sepulchralis, &c. ἐπιτάφιον δεῖπνον, funebre epulum, &c. ἐπιτάφιον ἔπος, carmen funerale, &c. Vide sequens ἐπιτάφιος.

Ἐπιταχύνω, accelero: à ταχύνω, idem: fœmin. υνῶ. Them. ταχὺς, celer.

Ἐπιτέγγω, restinguo; ut, αὐχμὸν ἐπιτέγγων, aridum squalorem restinguens, &c. à Th. τέγγω; V.

Ἐπιτεθειασμένως, afflatu, seu cum afflatu numinis, &c. est adverb. à participio præt. perf. pass. verbi ἐπιθειάζω; quod vide.

Ἐπιτεῖλαι, a. 1. inf. act. &

Ἐπιτείλας, qui jussit, a. 1. part. act. &

Ἐπίτειλον, a. 1. imperativ. act. ab ἐπιτέλλω, mando, jubeo. Them. τέλλω, inus.

Ἐπιτείνω, intendo: ex ἐπὶ & τείνω, tendo: f. τενῶ. p. τέτακα.

Ἐπιτειχίζω, muro cingo, excitato muro oppugno: ex ἐπὶ & τειχίζω, murum struo: f. ίσω. Th. τεῖχος, murus.

Ἐπιτείχισμα, ατος, τὸ, propugnaculum adversus aliquem: à præced.

Ἐπιτειχισμὸς, idem quod ἐπιτείχισις, εως, ἡ, muri extructio: item, idem quod ἐπιτείχισμα, præced. Vallum murale, &c. V.

Ἐπίτεκνος, fæcundus, &c. ἐπίτεκνοι γυναῖκες, mulieres quæ tandem pariunt, &c. à τέκνον; id vide.

Ἐπιτελεσθέντα, acc. sing. a. 1. part. pass. à perf. pass. ἐπιτετέλεσμαι, a. 1. pass. ἐπετελέσθην: ab

Ἐπιτελέω, ῶ, έεις, εῖς, perago, exsequor: f. έσω, a. 1. ἐπετέλεσα, absolvi: ex ἐπὶ & τέλος, finis.

Ἐπιτελὴς, έως, ὸς, ὁ, ἡ; absolutus, perfectus: Vide ἐπιτελέω.

Ἐπιτέλλεο, Ion. pro ἐπιτέλλου, præs. imperat. pass. ab

Ἐπιτέλλομαι, η, εται, exorior: & Poët. pro ἐντέλλομαι, impero: hinc ἐπιτελλομενάων, exorientium, gen pl. Æol. part. præs. f. g. pro ἐπιτελλομένων. Th. τέλλω, inus.

Ἐπιτέμνω, incido, concido, peculiariter id quod in nimiam excreturum erat longitudinem, brevius reddo, abbrevio, &c. à Th. τέμνω; V.

Ἐπίτεξ, κος, ἡ, pro ἐπίτοκος, partui vicina: ex ἐπὶ & τίκτω pario: f. τέξομαι. p. τέτοκα.

Ἐπιτερατεύομαι; prodigiosè affingo, & effabulor; Paus. in Arcad. à τερατεύομαι; V. in Th. τέρας.

Ἐπιτέρμιος, qui terminis seu limitibus præest; ut, ἐπιτέρμιος ἑρμῆς; Hesych. dicitur ἀπὸ τοῦ τέρματος, i. e. à limite, unde etiam, limitaneus: vide Th. τέρμα, à quo, τέρμιος, extremus, ultimus, & τερμιεὺς, terminalis, &c.

Ἐπιτερπέστερον, jucundius, comparativ. ab

Ἐπιτερπὴς, έος, ὁ, ἡ, jucundus. Th. τέρπω, delecto: f. ψω.

Ἐπιτέρπομαι, oblector: ex ἐπὶ & τέρπω, delecto: f. ψω.

Ἐπιτερπόμενος, præsent. præcedentis part.

Ἐπιτερπῶς, jucundè, suaviter, ita ut delectationi sit, alacriter, &c. ut ἐπιτερπῶς ψάλλας, qui suaviter cecinit, &c. ab ἐπιτερπὴς; V. & ἐπιτέρπω oblecto, &c.

Ἐπιτεταμένως, intensè, vehementer; valide, est adv. à particip. perf. pass. verbi ἐπιτείνω; id vide.

Ἐπίτευγμα, & ἐπίτευξις, idem cum ἐπιτυχία, adeptio, successus, acquisitio, lucrum quod accedit, reditus, proventus, &c. Item, ἐπιτευκτικὸς; Voti compos, qui assequitur, vel assequi solet, id ad quod contendebat, successu non carens, &c. (idem quod ἐπιτυχὴς) utrumque à verbo ἐπιτυγχάνω; id vide; à quo etiam, est, ἐπιτετευγμένως, felici successu, feliciter, &c. adv. a participio, perf. pass. ejusdem verbi.

Ἐπιτέταται 3. sing. perf. pass. ab ἐπιτείνω, intendo, contendo: f. νῶ, p. ἐπιτέτακα. Th. τείνω, tendo.

Ἐπιτέτραπται, commissum est, 3. sing. perf. pass. &

Ἐπιτετράφαται, Ion. pro ἐπιτετραμμένοι εἰσὶ, 3. pl. perf. pass. ἐπιτέτραμμαι, verbi ἐπιτρέπω, committo curæ alicujus. Th. τρέπω, verto: f. ψω. p. φα. p. m. τέτροφα.

Ἐπιτεχνάομαι, machinor, excogito, comminiscor, molior, &c. Unde ἐπιτέχνησις, ἡ, machinatio, adinventio, commentum, inventum, solertia, &c. Item, ἐπιτεχνητὸς, artefactus, artificialis, &c. à τεχνάομαι; id vide.

Ἐπιτεχνολογέω, ῶ, arte & methodo traditis aliquid adjungo, artificiosè disserendo; à verbo τεχνολογέω, de arte dissero; quod à τεχνολόγος, qui de arte, vel artificiosè loquitur, à τέχνη, & λόγος, &c. hæc vide.

Ἐπιτήδεια, & Ion. ἐπιτήδεα, apta, nom. pl. n. g. Item,

Ἐπιτηδειότης, ητος, ἡ, opportunitas, & habilitas; item, promptitudo, convenientia, accommodatio, &c. à sequente.

Ἐπιτήδειος

Ἐπιτήδειος, ε, idoneus, commodus, opportunus. Th. ἐπιτηδής, idem.

Ἐπιτήδειος, idoneus, &c. pro præced.

Ἐπίτηδες, Ion. adv. de industriâ: ab ἐπιτηδής, aptus.

Ἐπιτήδευμα, ατος, τό, studium, institutum: item,

Ἐπιτήδευσις, industria, artificium, &c. Idem quod præcedens ἐπιτήδευμα; item, ἐπιτήδευτος, excultus, artificialis, &c. Omnia tria, à seq. & ejusd. Th.

Ἐπιτηδεύω, εις, ει, datâ operâ aliquid facio: operam do: f. εύσω. a. 1. ἐπιτήδευσα quod &

Ἐπιτηδείως, accuratè, Ion. pro ἐπιτηδείως ex ἐπιτήδειος, aptus: ab

ἘΠΙΤΗΔΗΣ, έος, ὁ, ἡ, idoneus, aptus.

Ἐπιτήθη, ης, ἡ, abavia; patris aut matris avia, seu matertera; à τήθη, ἡ, id vide.

Ἐπιτήκειν, liquefactum infundere. Th. τήκω, liquefacio.

Ἐπιτηρέω, conservo. Th. τηρέω, servo. f. ήσω.

Ἐπιτηρήσας, a. 1. part. act. superioris verbi.

Ἐπιτήρησις, εως, ἡ, animadversio; observatio, &c. Item, ἐπιτηρητικός, qui observat; item, insidiosus, vel, insidiator, &c. Utrumq; à verbo præced.

Ἐπιτιθέασι, Ion. pro ἐπιτιθεῖσι, 3. pl. præs. ind. act. &

Ἐπιτίθει, pro ἐπιτίθετι, præs. imperat. à seq.

Ἐπιτίθημι, impono; ἐπιτίθει, præs. imperat. act. pro ἐπιτίθετι, quasi ab ἐπιτιθέω. f. ἐπιθήσω. p. ἐπιτέθεικα. a. 1. ἐπέθηκα. a. 2. ἐπέθην. a. 2. imperat ἐπίθες, έτω. a. 1. pass. ἐπετέθην. a. 1. sub. pass. ἐπιτεθῶ, ῇς, ῇ. f. m. ἐπιθήσομαι, ῃ, εται. a. 2. m. ἐπεθέμην, σο, το. Th. τίθημι, pono.

Ἐπιτιθῇς, ῇ, 2 & 3. sing. præs. sub. act. vide ἐπιτίθημι.

Ἐπιτίκτω, insuper pario; item, simpliciter, partum edo. Th. τίκτω, Vi.

Ἐπιτίτθιος, ε, ὁ, infans, adhuc lactens, idem quod ὑπομάζιος, sed legendum potius ἐπιτίτθιος, nam τιτθός, mamma, sic etiam scribitur.

Ἐπιτιμᾷ, 3. sing. præs. ind. &

ΙΑΙ'ΝΩ, calefacio, liquefacio, perfundo, perfundo lætitiâ, exhilaro, floreo: item, ad iram concito. Hesych.
Ἰακὸς, Ionicus; & ἰὰς, άδ⊙, ἡ, Ionica; unde, ἰαστὶ, Ionicè; ut ἡ ἰαστὶ ἁρμονία; Ionica harmonia, &c. Ab ἰάζω, Vi.
Ἴακχ⊙, ϗ, ὁ, IACCHUS, BACCHUS: ab ἰάχω, clamo: hinc ἰακχάζειν, Bacchari.
Ἰακὼβ, ὁ, JACOB: nomen viri ἄκλιτον. Hebr. plantum tenens.
Ἰαλεμῆσαι, & ἰαλεμίζειν; exponitur θρηνεῖν, lamentari, lugere; Ialemum canere, h. e. cantionem frigidissimam; à Th. Ἰάλεμ⊙; unde etiam, τὰ ἰαλεμώδη, frigida; & nullius pretii, &c.
ΙΑ'ΛΕΜΟΣ, ϗ, ὁ, IALEMUS, vir in carmine ineptus ac frigidus: carmen lugubre, miser. q. ab ἰάλλω, projicio.
Ἴαλλον, ες, ε, imperf. act. ab
ΙΑ'ΛΛΩ, f. λῶ, mitto, emitto, volo, as. appeto. q. ab ἰῶ, mitto.
Ἴαμβ⊙, ϗ, ὁ, scomma, dicterium, &c. Th. ἰάλλω, Vi.
Ἰάλμεν⊙, ϗ, ὁ, IALMENUS, nomen propr. viri.
Ἴαμα, ατ⊙, τὸ, sanatio, remedium: ab ἰάομαι, sano.
Ἰαμβαυλεῖν, Iambis adhibere tibiam; Iambis canere, &c. Ab ἴαμβ⊙; & αὐλέω, Vi.
Ἰαμβεῖον, ϗ, τὸ, i.e. ἰαμβικὸν ἔπ⊙ seu μέτρον; Iambicum carmen, sive metrum Iambis constans, &c. à Th. ἴαμβ⊙, Vi. Unde etiam ἰαμβηλ⊙, convitiator, maledicus; Hesych. Item, ἰαμβιάζω; idem quod & pro sequente ἰαμβίζω, id vide.
Ἰαμβίζω, proscindo, maledictis & conviciis insector: item,
Ἰαμβισταὶ, dicuntur qui Iambico metro taxant, & insectantur; apud Athen. lib. 4. à præced. ἰαμβίζω, quod à Th. seq. Vi.
ΊΑΜΒΟΣ, ϗ, ὁ, IAMBUS, pes metricus, vel carmen: q. ab ἰὸν βάζειν, jacula loqui: hinc præced.
Ἰαμβύκαι, organa sunt musica triangula, quibus Iambica canebant: alii σαμβύκας vocant; Suid. Hesych. vide σαμβύκη.
Ἰαμβρῆς, ϗ, ὁ, aliàs Μαμβρῆς, IAMBRES, nomen magi Ægyptii, q. rebellans.
Ἰαμινὴ, & ἰαμιν⊙, idem quod εἰαμενὴ, locus irriguus & herbosus.
Ἰαμιδέων, Ion. pro Ἰαμιδῶν, gen. pl. ab Ἰαμίδαι, ῶν, οἱ, Iamidæ.
Ἴανα, τὰ, Hesycho sunt τὰ βαλλόμενα, missilia; ἀπὸ τοῦ ἰέναι, vide.
Ἰᾶν, indignantis adverbium, &c.
Ἰάνθη, ης, ὁ, nomen mul. ab ἰαίνω, exhilaro.
Ἰάνθη, floruit; lætatus est, &c. 3. pers. à prima præced. Vi.
Ἰάνθην, ης, ἡ, florui, a. 1. ind. pass. verbi ἰαίνω, floreo, exhilaro.
Ἰάνθιν⊙, ϗ, ὁ, violaceus; unde, violantillam suam Papinius vocat ἰανθίδα; nam ἴα Græcis sunt violæ; unde & Ianthina vestis; Plin. lib. 21. cap. 6. Ubi etiam legitur ἰάνθινον χρῶμα; color purpureus seu violaceus; idem, ibid. ab ἴανθ⊙, ϗ, ὁ, idem cum ἴανθον; seq. id vide.
Ἴανθον, ϗ, τὸ, flos quidam, color purpureus: q. ab ἴον.
Ἰαννὰ, ὁ, nomen viri, ἄκλιτον, Luc. 3. 24.
Ἰαννῆς, ϗ, ὁ, JANNES, nomen magi Ægyptii: q. respondens, 2. Tim. 3. 8.
Ἰαολκὸς, ϗ, ἡ, & per Crasin Ἰωλκὸς, IOLCUS, nomen urbis Thessalicæ.
ΙΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, f. άσομαι, medeor, sano, curo: q. ab ἴα, vis: cum accus. imperf. ἰαόμην, ὠμην, ῶ, ᾶτο, ato. p. ἴαμαι, σαι, ται, a. 1. ind. pass. ἰάθην, ης, η, f. 1. pass. ἰαθήσομαι, a. 1. m. ἰασάμην, ω, ατο, a. 1. sub. m. ἰάσωμαι, ῃ, ηται. Hinc ἴαμα, ατος, τὸ, medicamentum, remedium; ἴασις, εως, ἡ, sanatio; ἰάσιμ⊙, ϗ, ὁ, ἡ, sanabilis: ἰατρὸς, ϗ, ὁ, medicus: ἰατρεύω, medeor.
Ἰάονες, Græci Iones. Th. ἴων.
Ἰαπετοῖο, gen. Ion. ab

'Ιαπετὸς, IAPETUS, nomen viri, Cœli & Terræ filii: ab ἰάπτω, mitto, maledictis lacesso. Hinc 'Ιαπετιονίδης, ου, ὁ, Iapeti filius: vocat. Ιαπετιονίδη.

'ΙΑ'ΠΤΩ, mitto ejusd. orig. cum ἰάλλω, sc. ab ἵημι, mitto; item noceo: q. ab ἴπτω, lædo.

'ΙΑ'ΠΥΞ, υγος, ὁ, IAPYX, ventus ex Apulia flans, cujus pars Iapygia.

'Ιαρδανίη νύμφη, Omphales periphrasis.

'Ιαρὶμ, nomen viri, ἄκλιτον. Heb. dominabitur.

'Ιὰς, άδος, ἡ, Ionica, lingua Ionica, &c. Ut, ἰὰς συγγένεια, Ionum cognatio, &c. Sic ἰὰς γῆ, πόλις, γυναικολάλεκτος, &c. pro ἰωνικὴ; à Th. ἰαν, &c. V.

'Ιάσασθαι, a. 1. inf. m. ἰάσῃ, 2. sing. f. 1. m. ἰασάμην, ω, ατο, a. 1. m. ab ἰάομαι, medeor; quod vide.

'Ιᾶσθαι, præs. inf. ejusd. verbi.

'Ιασι, eunt, 3. pl. præs. ind. Ion. pro ἴσι, verbi εἶμι, eo.

'Ιᾶσι, mittunt, Att. contractè pro ἱέασι, & hoc Ion. pro ἱέισι, 3. pl. ind. præs. verbi ἵημι, mitto: a. 2, ἧν.

Ιάσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (& Ionicè, ἰήσιμος) sanabilis, medicabilis, &c. Plat. de leg. 12. at φάρμακα, activè dicuntur ἰάσιμα, q. d. sanatoria, &c. Item,

"Ιασις, εως, ἡ, sanatio: ab ἰάομαι, sano, medeor.

'Ιασίῳ, dat. sing. ab 'Ιάσιος, ου, ὁ, nomen viri: q. ab ἰάομαι.

'Ιασίων, ωνος, ὁ, nomen viri.

'ΙΑΣΙΩ'ΝΗ, ης, ἡ, olus quoddam sylvestre: an ab ἰάσις, id est, medela?

Ιάσμη, & ἰάσμινον μύρον, iasme, & iasminum unguentum; ita scil. dictum unguentum quoddam in Perside confieri solitum, ex violæ albæ floribus, in sesaminum oleum conjectis; ut tradit, Diosc. lib. 1. c. 74. à Th. ἴον, τὸ, viola, &c. vide.

'Ιασπίζειν, jaspidem imitari, jaspidis colore esse, &c. Diosc. lib. 1. à Th. ἴασπις, vide.

"ΙΑΣΠΙΣ, ιδος, ἡ, Jaspis gemma.

'Ιασι, Ionicè, &c. vide supra, in ἰακός.

'Ιασὼ, όος, ους, ἡ, Dea ἰάσεως, id est, sanationis.

'Ιάσων, ονος, ὁ, JASON, nomen viri: Gr. sanaturus.

'Ιατέον, curandum, adject. verbale: ab ἰάομαι, sano.

'Ιατὴρ, & Ion. 'Ιητὴρ, ῆρος, ὁ, medicus: Poët. pro ἰατρὸς ab ἰάομαι, sano.

'Ιατικὸς, οῦ, ὁ, qui sanat, sanandi vim habens, &c. ab ἰατὸς, οῦ, ὁ, sanabilis, medicabilis, &c. quod potius in usu est in compositis, ut ἀνίατος, &c. ac pro eo dicitur potius ἰάσιμος, V.

'Ιατρείη, ars medica, medicina; Hesych. Unde ἰατήριον φάρμακον, sanatorium, sanandi vim habens medicamentum, &c. à præced. ἰατὴρ, V.

'Ιατρεία, (tanquam ab ἰάτωρ, pro ἰατὴρ, vide) curatio, sanatio; idem quod ἡ ἰατεία, medicatio, &c. V.

'Ιατὸς, οῦ, ὁ, vide supra, in ἰατικός.

'Ιατρεία, ας, ἡ, curatio, medicatio, ipsa actio medendi; item, ἰατρεῖον, ου, τὸ, medici, vel potius chirurgi officina: item, præmium quod datur medico; unde ἰατρεῖα, τὰ, merces, seu præmia quæ dantur medicis, quæ etiam ἴατρα, vocantur, teste Hesychio; (pro hoc ἰατρεῖον, Ionicè, dicitur ἰητρεῖον, apud Hippocr.) Item dicitur ἰάτρεια, ἰάτειρα, & ἰατρείνη, ἡ, medica mulier, medendi artis peritæ; seu quæ medicinam profitetur, & ἰατρίνη, est etiam obstetrix; ut ἰάτρεια, ας, ἡ, medicina; omnia ab eod. Them. ἰάομαι.

'Ιατρεύω, medeor, curo, sano; item, medicinam profiteor, &c. in pass. ἰατρεύομαι, curor, sanor, &c. Undè ἰατρεύμα, τὸ, & ἰάτρευσις, medicatio, morborum curatio, & sanatio, &c. à quo etiam sunt præcedentia verbalia, ἰατρεία, & ἰατρεῖον, &c. quæ vide, verbum autem ipsum, ἰατρεύω, ab ἰατρὸς; id vide.

'Ιατρικὴ, ῆς, ἡ, (sub τέχνη, ars medendi, medicina; ab

'Ιατρικὸς, οῦ, ὁ, ad medicos, seu ad medicinam pertinens, medicinalis, &c. Ut, ἰατρικαὶ σικύαι; (vide σικύα) Plut. de exilio: Item, medicinæ seu medendi peritus; undè, superl. ἰατρικώτατος, medicinæ peritissimus; Plut. Symp. lib. 4. Item, ἰατρικῶς, medicorum seu medicarum more, &c. omnia ab ἰατρὸς, medicus; item, chirurgus, &c. Vide sequens.

'Ιατρὸς, οῦ, ὁ, medicus: dat. pl. ἰατροῖς. Th. ἰάομαι, sano.

'Ιατρίνη, ῆς, ἡ, medica mulier, &c. Vide in ἰατρεία.

'Ιατραλείπτης, ου, ὁ, medicus unguentis & perfrictionibus corporis morbos curans, medicus reunctor, vel unguentarius; in plur. ἰατραλεῖπται, medici tales reunctores, &c. Plin. Undè ἰατραλειπτικὴ, professio illa curandi unguentis & perfrictionibus, &c. ab ἰατρὸς, & ἀλείπτης; quod vide in Th. ἀλείφω, &c.

'Ιατρολογέω, ῶ, de medicina dissero, Laert. ab ἰατρὸς, & λόγος, &c. V.

"Ιατρον, τὸ, Hesych. μισθὸς θεραπείας, i. e. ἰατρεῖον; id vide in ἰατρεία.

'Ιατρονίκης, ου, ὁ, medicorum victor, Epitheton quod monumento suo Thessalus inscripsit; teste Plin. lib. 29. cap. 1. &c. ab ἰατρὸς, & νικάω, undè νίκη, &c. vide.

'Ιατροτέχνης, ου, ὁ, medicinæ artifex; i. e. qui medicinæ artem profitetur; Aristoph. νεφ. ab ἰατρὸς, & τέχνη, &c. vide.

'ΙΑΤΤΑΤΑΙ', heu, adverb. & ἰατταταιὰξ, idem.

'ΙΑΥ῀, Interjectio indignantis.

'Ιαυίσκω, quiesco; ab ἰαύω, V.

'Ιαυθμὸς, οῦ, ὁ, quietus locus, in quo scil. quis commoratur seu diversatur; item, stabulum, seu lustrum, cum de brutis dicitur: item, cubile, somnus, &c. à Th. ἰαύω, V.

'Ιαυοῖ, exclamatio qua utuntur adventante gaudio, qualis apud vulgus est, ἰὴ, at apud Aristoph. in Ran. Vox est audientis vocantem & audientis; ab ἰαὺ, &c. V.

"Ιαυον, traduxi, imperf. act. ab.

'ΙΑΥ'Ω, commoror, tempus tero, dormio: f. σω, q. ab ἰάω, sino.

'Ιαφέτης, ου, ὁ, qui sagittas emittit: ab ἰὸς, & ἀφίημι.

'Ιαφθῆναι, a. 1. inf. pass. ab ἰάπτω, mitto f. ψω.

'Ιαχῇσι, dat. pl. Ion. ab ἰαχὴ, ῆς, ἡ, clamor. Th. ἰάχω, clamo.

"Ιαχε, resonabat, 3. sing. imperfect. ἴαχον, verbi ἰάχω, clamo: perfect. ἴαχα.

'Ιαχέω, ῶ, ἰακχάζω, & ἰάκχω; omnia idem cum, & à Th. ἰάχω, cum clamore & vociferatione loquor, &c. & specialiter, ἰακχάζω, bacchantium more vociferor & strepo, &c. ab ἴακχος; vide.

'Ιαχὴ, ῆς, ἡ, clamor, fremitus: ab eodem.

"Ιαχυν, ες, ε, imperf. ἰάχουσα, præs. part. act. f. g. &

'Ιαχυῖα, resonans, perf. part. act. fœm. g. ab

'ΙΑ'ΚΩ, f. ξω, p. χα, vociferor, clamo: q. ab ἴα, vox, & χέω, fundo. Hinc ἰάκχημα, ατος, τὸ, vociferatio, clamor. "Ιακχος, ου, ὁ, Bacchus.

'Ιαχὼς, perf. part. act. præced.

'Ιαὼ, nomen Dei.

'Ιαωλκὸς, οῦ, ἡ, nomen urbis.

'Ιάων, ονος, ὁ, Poët. pro "Ιων; quod vide.

'Ιβανέω, haurio: ex ἴβυ, quatenus multum significat; vel ex ἱμάω, β & μ commutantur. Hinc ἰβανατεὶς, funis haustorius.

ΙΒΔΗΣ, ου, ὁ, clavus in fundo navis, quo educto aqua effluit.

"ΙΒΗΡ, ηρος, ὁ, IBERUS, gentile. Iberia una Orientalis circa Persiam: altera Occidua, quæ Hispania.

"Ιβηρες, iidem, κελτίβηρες; Hispani, apud Appian, ἐν ἰβηρικῇ; Item ἰβηρία, ας, ἡ, Iberia, Hispania, & ἰβηρικὴ πόλις, Hispaniæ civitas, ἰβηρικῶς, Hispanico more; Appian. in Iber. &c. Omnia ab ἴβηρ; vide.

"ΙΒΗΡΙΣ, IBERIS, herba; quæ & καρδαμαντική.

"ΙΒΙΣ, ιδος, seu ιος, ἡ, IBIS, avis serpentes devorans.

'ΙΒΙ'ΣΚΟΣ, ου, ὁ, HIBISCUS, species malvæ sylvestris, althæa.

"Ιβυ, Ion. adv. significans multum & magnum.

"Ιβυξ, est εἶδος ὀρνέου κρακτικοῦ; Etymol. i. e. species quædam clamosæ cujusdam avis, &c. Hinc quidam deducunt ἰβυκλωίσαι, pro βυκανίσαι, i. e. buccina canere, & ἰβυκάνη, buccina, &c. Alii vero ea deducunt ab ibyco quodam inventore, &c. ἴβυξ, verò, est ab ἴβυ, vel ἰβύω.

'Ιβύω, vocifero, clamo: q. ab ἴβυ.

"Ιγδη, ης, ἡ, mortarium, pila: an ab ἄγω, frango? an ab εἴκω, cedo? an potius à μίγνυμι, misceo, abjecto μ? Sub eo enim reperitur; pharmaca sc. &c. ibi miscentur ac tunduntur.

'Ιγδίον, ου, τὸ, mortariolum; i. e. θυείδιον; Item, ἰγδίζω, lumbos huc illuc flecto, ut solent qui rudicula seu pistillo, in mortario aliquid tundunt, &c. Ut ab hoc etiam, verbale ἴγδισμα, τὸ, genus saltationis; apud Etymol. &c à præced. ἴγδη; V.

'Ιγμένος, profectus, perf. part. pass. ab ἱκνέομαι, venio, f. ἵξομαι, p. ἷγμαι.

'Ιγνύα, ας, ἡ, INGUEN, poples, quod ibi

ibi sit ἴα γόνυ@, vis genu? à γόνυ, genu: vel potius ab ἱκνέομαι, f. ἵξομαι, p. ἷγμαι, venio, supplico: sub hoc Them. invenitur.

Ἰγνὺς, ύ@, ὁ, poples, & in plur. ἰγνύες, poplites, &c. idem quod præcedens ἰγνύα, &c. vide.

Ἰδ' pro ἰδὲ, idem quod ἠδὲ, &, atque.

Ἴ∆Α, ης, ἡ, IDA, mons in Phrygiâ & Cretâ: hinc Ἰδαῖ@, IDÆUS.

Ἰδαία, Idæa herba, qui & laurus Alexandrina; Diosc. lib. 4. Item, ἰδαία ῥίζα, Idæa radix, ibid. c. 45. quæ à Plinio herba Idæa, lib. 27. c. 11. ἰδαία πεύκη, Idæa pinus, species pini arboris, ἰδαία δάφνη, Idæa laurus, quoniam plurima in Ida provenit; Diosc. lib. 4. cap. 147. &c. est fœm. à præced. ἰδαῖ@, Idæus; undè Jupiter ἰδαῖ@, dictus, quòd in Ida monte coleretur, & ibi templum haberet, &c. à Th. ἴδα; V.

Ἰδάλιμ@, ε, ὁ, æstuosus, sudorificus: à Th. ἴδ@, ε@, τὸ, sudor: idem quod ἱδρὼς, ῶτ@, ὁ.

Ἰδανὸς, ε, JUCUNDUS. Hesych.

Ἴδε, & Att. ἰδὲ, aspice, item ecce adverbialiter: a. 2. imperat. act. Est & ἴδε, 3. sing. a. 2. ind. verbi ἴδω, video: f. εἴσομαι, a. 2. εἶδον & ἴδον, ες, ε, a. 2. part. ἰδὼν, όν@, & in f. g. ἰδῶσ' pro ἰδῶσα. Sed

Ἰδὲ, &, atque, ex ἠδέ. Illud Ion. hoc Att. ab ἠ, vel

Ἰδέα, ας, ἡ, visus, species, IDEA: in pl. ἰδέαι, ab εἴδω, video.

Ἰδέειν, Ion. pro ἰδεῖν, vidisse: ab a. 2. ἴδον, verb ἴδω, video: vide ἴδε.

Ἰδεῖ, æstu, dat. sing. ab ἴδ@, ε@, τὸ, sudor.

Ἰδεῖν, a. 2. inf. verbi εἴδω, video: vide ἴδε.

Ἰδέμεν, Ion. Dor. & Æol. pro ἰδεῖν, a. 2. inf. act. &

Ἰδεν, a. 2. inf. act. Dor. pro ἰδεῖν, quod vide.

Ἰδέρας, ὁ ἅμα τῷ ἰδεῖν, ἐρῶν, qui simul ac vidit, amat. Suid.

Ἰδέσθαι, a. 2. inf. m. ab εἴδω, video: f. εἴσομαι, a. 2. εἶδον, & ἴδον, undè ἰδόμην, a. 2. m.

Ἰδέσκε, Ion. Paragoge pro ἴδε, vidit, 3. sing. a. 2. ἴδον, Poët. pro εἶδον, verbi εἴδω, video.

Ἰδεχθὴς, έ@, ὁ, ἡ, deformis, fœdus: ab ἰδέα, & ἔχθ@, ε@, τὸ, odium.

Ἰδέω, pro εἴδω, video. Sed Ἴδεω, gen. Ion. pro Ἴδε, ab Ἴδης, ὁ, Ida, nomen propr.

Ἴδη, Ion. pro Ἴδα; quod vide.

Ἴδῃ, viderit, 3. sing. a. 2. sub. act. ab εἴδω, video: a. 2. ἴδον

Ἴδηαι, Ion. pro ἴδῃ, 2. sing. a. 2. sub. m. verbi εἴδω, video: a. 2. ἴδον.

Ἰδῆθεν, ab ida; Herodot. est adv. ab Ἴδη, ης, ἡ, Ida mons; idem quod, Them. ἴδα, V.

Ἴδημα, τὸ, visio, visum; ὅραμα, Hesych. Item ἰδήμων, peritus; (εἰδήμων, vel ἴδμων, Hesych.) &c. à verbi ἰδέω, vi. pro εἴδω, &c.

Ἰδῶ, Dor. & Æol. pro ἰδεῖν, a. 2. infin. quod vide.

Ἰδήρατ@, pulcher, ὁ ἐραστὸς τῷ ἰδεῖν; seu cujus τὸ εἶδ@ est ἐρατὸν, &c. ab εἶδ@ & ἐρατὸς, V.

Ἴδης, videris, 2. sing. a. 2. sub. act. ab eod. verbo: sed

Ἴδης, gen. sing. ab Ἴδα, ης, ἡ, mons Cretæ.

Ἰδήσω, Dor. pro ἰδήσω, f. 1. ab ἰδέω, video: quod vide.

Ἴδητε, videritis, 2. pl. a. 2. sub. verbi εἴδω, video: a. 2. ἴδον.

Ἰδίᾳ, adv. privatim, cui opponitur δημοσίᾳ; Th. ἴδι@, proprius.

Ἰδιάζοντα, τὰ, peculiaria, ab aliis secreta: Idem, ἰδιαζόντως, peculiariter, singulariter, peculiari modo, &c. à seq. ἰδιάζω, V.

Ἰδιάζω, f. άσω, sum seorsum ab aliis, in secessu dego: ab eod. Th.

Ἰδιαίτερον, (& compar.) peculiarius; item, secretiùs; & q. d. magis seorsim; Herodian. Item, superl. ἰδιαίτατ@, maximè peculiaris, vel proprius; unde adv. ἰδιαίτατα, maximè, propriè; Porphyr. &c. ab ἴδι@; V.

Ἰδιαστὴς, ε, ὁ, qui vitam agit privatam; Laert. verbale ab ἰδιάζω.

Ἰδίη, Ion. idem quod ἰδίᾳ; quod vide.

Ἰδικὸς, apud Gal. pro εἰδικὸς, sæpe legitur; Linacer, nunc specialem, nunc privatum vertit; & apud Areop. interpr. pro proprio accipere solet; undè ἰδικὸν, sive εἰδικὸν, & κοινὸν, opponuntur, &c. ab ἴδ@, τὸ, vel ab ἴδι@, ὁ; quæ vide. Undè etiam, ἰδικῶς, adv. seorsim, καταμόνας, Suid.

Ἰδιοβουλεῖν, privato & suo consilio uti: ab ἴδι@, proprius, & βουλὴ, consilium.

Ἰδιοβουλέω, ῶ, proprio consilio nitor, &c. Itidem ab iisdem.

Ἰδιογενὴς, proprium & privatum genus habens, sui generis, &c. ab ἴδι@, & γέν@, &c. Sic etiam varia alia componuntur cum ἴδι@; ut, ἰδιόγλωσσ@, propriam & peculiarem linguam habens, à γλῶσσα; V. Item, ἰδιογνώμων, qui sibi propriam & peculiarem sententiam habet, qui ex suo arbitratu privatoque sensu statuit; (idem ferè, quod est αὐτογνώμων, i. e.) qui est suæ sententiæ: h. e. pertinax; Aristot. 7. Ethic. Undè verbum, ἰδιογνωμονέω, propriam ac peculiarem sententiam habeo, vivo meo arbitratu & jure, &c. à γνώμη, vi. Sic, ἰδιόγραφον, idem quod αὐτόγραφον, id vide a γραφὴ, vide ἰδιόκτητον, id dicitur, quod singulari & privato jure princeps possidet, à κτητὸς; vide. Item, ἰδιόμορφ@; qui propriè & peculiaris cujusdam formæ est, discrimine peculiari discretus, &c. à Them. μορφὴ, vide. ἰδιόξεν@, cui peculiariter est amicitia hospitalis cum aliquo; Luc. Undè ἰδιοξενία, amicitia seu necessitudo illa hospitalis, à ξέν@, vel ξενία, &c. ἰδιοπαθὴς, idem quod αὐτοπαθὴς, intrinsecus patiens: undè, ἰδιοπάθεια, propria & privata passio seu affectio, (communis enim συμπάθεια dicitur) à πάθ@, τὸ, vide. Sic etiam, ἰδιοποιέομαι, ῦμαι, proprium facio, mihi vendico; 2 Reg. cap. 15. Item, concilio mihi, & adjungo, &c. à Th. ποιέω, vide ἰδιοπραγέω, mea negotia curo, non aliena, & ἰδιοπραγία; q. d. ipsa actio curandi propria negotia, non aliena: Item, privata commoditas, &c. à πρᾶγ@, τὸ, vide ἰδιοπράγμων, idem cum præced. sua tantum curans; item, vitam privatam agens, & amans: sic, ἰδιοπραξία, privata commoditas; Plat. de leg. à πρᾶγμα, & πρᾶξις, V.

ἼΔΙΟΣ, ε, ον, proprius, a, um, privatus, suus, suæ speciei: qu. ab ἰδέα, species: καθ' ἰδίαν, privatim. Sæpe ponitur pro ἑαυτὸ, ῆς, ut, τὸ ἴδιον φορτίον, pro τὸ ἑαυτῦ: sic ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, id est, ἀφ' ἑαυτῦ, à seipso: οἱ ἴδιοι, familiares. Hinc ἰδιότης, ητ@, ἡ, proprietas: ἰδίωμα, ατ@, τὸ, idem: ἰδιώτης, ε, ὁ, privatus.

Ἰδιόστολ@, quem quis sibi propriis sumptibus instruxit; ut, ἰδιοστόλῳ τριήρει; triremi suis sumptibus apparata; Plut. in Alcib. & ἰδιόστολον πλοῖον, navigium quod sibi soli quis conduxit, &c. à præced. ἴδι@, & στόλ@; V.

Ἰδιοσυγκρισία, ας, ἡ, propria & peculiaris concretio, & constitutio: seu peculiare temperamentum; ut ἰδιοσυγκρισία σωμάτων, propriæ & peculiares corporum constitutiones, &c. ab ἴδι@, & σύγκρισις; V.

Ἰδιοσύστατ@, ε, ὁ, propriam qui habet hypostasin; Cyrill. per se consistens, Damasc. de Deo; Undè adv. ἰδιοστάτως; q. d. ex propria consistentia; καθ' ὑπόστασιν ἰδίαν, & Damasc. ab ἴδι@, & συνίστημι, undè σύστασις, συστατικὸς, &c. V.

Ἰδιότητα, acc. sing. ab ἰδιότης, ητ@, ἡ, proprietas: à præced. Th. ἴδι@.

Ἰδιότροπ@, qui proprii cujusdam, & peculiaris modi est; undè adv. ἰδιοτρόπως; modo quodam proprio & peculiari; Greg. peculiariter & privatim, &c. ab ἴδι@ & τρόπ@; V.

Ἰδιότροφ@, qui seorsim alitur & pascitur; vel qui peculiaribus sibi nutrimentis utitur, &c. ab ἴδι@, & τροφὴ; V.

Ἰδιοῦμαι, idem quod ἰδιόω, in meum & privatum usum converto, mihi vendico, occupo, &c. Plat. de leg. ab ἴδι@; vide.

Ἰδιόφυτον, dicitur à quibusdam leontopodion herba; ut est in append. Diosc. ab ἴδι@, & φυτὸν, V.

Ἰδιόχειρον, propria manu scriptum factumve; χειρόγραφον, vel ἐργόχειρον, &c. Undè adv. ἰδιοχείρως, propria manu; ut ἰδιοχείρως γράφω, &c. ab ἴδι@, & χεὶρ, V.

Ἴδισις, εως, ἡ, Sudatio; item Sudor: Aristot. in Probl. &c. est verbale à seq. verbo ἰδίω; N.

Ἰδίω, SUDO. Them. ἴδ@, ε@, τὸ, sudor.

Ἰδίωμα, ατ@, τὸ, IDIOMA, proprietas linguæ. Th. ἴδι@, proprius.

Ἰδίων, gen. plur. ab ἴδι@, ε, ὁ, proprius.

Ἰδίως, propriè, adv. ab ἴδι@.

Ἰδίωσις ipse actus vendicandi sibi aliquid; dicitur enim cùm quid fit privatum cujusq; eique opponitur κοινωνία; Plat. est verbale ab ἰδιοῦμαι, vel ἰδιόω, vide.

Ἰδιώτατ@, (superl. ab ἴδι@) maximè proprius, & peculiaris, &c. Theoph. hist. lib. 1, c. 13.

Ἰδιωτεύω,

Ἰδιωτεία, ἡ, vita privata, cui opponitur ἀρχὴ, à Xen. Item, inscitia, & imperitia; Luc. ab ἰδιώτης, vel ἰδιωτεύω; vide.

Ἰδιωτευόντων, gen. pl. part. præs. ab

Ἰδιωτεύω, f. εύσω; privatam vitam ago. Th. ἴδιος, privatus.

Ἰδιώτης, ου, ὁ, IDIOTA, privatus, dat. pl. ἰδιώταις, ejusd. Th.

Ἰδιωτικὸς, ἡ, ὸν, privatus: unde,

Ἰδιωτικῶς, privatorum hominum more; vulgi more: item, sermone quo vulgus utitur; adv. à præced.

Ἰδιωτία, ἡ, rusticitas, inscitia: item, ἰδιῶτις, ιδος, ἡ, privata, plur. ἰδιώτιδες, privatæ, quæ privati sunt juris, &c. est fœm. ab ἰδιώτης.

Ἰδιωτισμὸς, οῦ, ὁ, loquendi genus è vulgo sumptum: ab ἰδιώτης, privatus. Them. ἴδιος, idem.

Ἴδμεν, scimus, Dor. seu Æol. pro ἴσμεν, per Sync. pro ἴσαμεν, 1. pl. ind. præs. verbi ἴσημι, scio. Hinc ἴδμων, peritus, & ἰδμοσύνη, peritia, dat. pl. Ion. ἰδμοσύνῃσιν. Alii volunt ἴδμεν per Sync. etiam poni pro ἴδομεν, 1. pl. a. 2. ἴδον, verbi ἴδω, video. Tum etiam per Sync dicitur pro ἰδέμεν, Ion. seu Dor. pro ἰδεῖν, a. 2. inf. verbi εἴδω.

Ἴδμεναι, scire, per Sync. pro ἰδέμεναι, Dor. & Att. ut ἰδέμεν, Ion. pro ἰδεῖν, a. 2. inf. act. verbi εἴδω, video: f. εἴσομαι, a. 2. εἶδον, & ἴδον.

Ἰδμοσύνη, ης, ἡ, scientia: &

Ἴδμων, sciens: vide ἴδμεν, ἴσημι.

ἸΔΝΟ'Ω, incurvo, inflecto: q. ab ἲς, nervus. Vel ab ἲς & νεύειν, nervorum enim virtute fit ut flectamur, nuamus, &c. vel ab ἰνίον, occiput, quod ab ἲς, nervus.

Ἰδοίατο, visi fuissent, 3. pl. a. 2. opt. m. Ion. pro ἴδοιντο; ab εἴδω, video, a. 2. ἴδον.

Ἴδοιμι, οις, οι, a. 2. opt. act. ejusdem verbi.

Ἰδοῖσα, Dor. pro ἰδοῦσα, quæ vidit, a. 2. part. f. g. ab εἴδω, video, a. 2. ἴδον.

Ἰδόμην, a. 2. ind. m. ejusd. verbi.

Ἴδον, ες, ε, vidi, a. 2. ind. act. &

Ἰδόντες, nom. pl. a. 2. part. ab εἴδω, video: a. 2. εἶδον, & Poët. ἴδον.

Ἴδοντο, 3. pl. a. 2. m. ejusd. verbi.

ἼΔΟΣ, εος, τὸ, sudor: ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, idem ἱδρόω, & ἱδρόω, sudo.

Ἴδον, Bœot. pro ἴδον, 3. pl. a. 2. ind. act. verbi εἴδω, video.

Ἰδοὺ ecce, adverb. distinguitur accentu ab ἰδοῦ, a. 2. imperat. m. verbi εἴδω, video.

Ἰδουμαία, ας, ἡ, IDUMÆA, nomen regionis, Syr. rufa.

Ἰδοῦσα, intuita, a. 2. part f. g. ab εἴδω, video: f. εἴσομαι, a. 2. εἶδον & ἴδον, a. 2. part. ἰδών.

Ἰδρεία, ας, & ἰδρία, ἡ, peritia: ab ἴσημι, scio.

Ἴδρεες, periti, nom. pl. ab ἴδρις, εως, ὁ, ἡ, &

Ἰδρείη, ης, ἡ, Ion. pro ἰδρεία vel ἰδρία, peritia: ab ἴσημι, scio.

Ἴδρις, εως, ὁ, ἡ, peritus, providus: hinc ἄϊδρις, imperitus, πολύϊδρις, multiscius: ab eod. Th.

Ἰδρόω, Poët. ἰδρώω, f. ώσω, p. ωκα, sudo: ab ἱδρὼς, sudor. Th. ἴδος, εος, τὸ, idem.

Ἵδρυμα, ατος, τὸ; opus ab aliquo constructum; ut, Strab. lib. 6. ἰάσιον ἵδρυμα; Item, firmamentum, fundamentum, stabilimentum, fulcimen, &c. Sic Eurip. cives vocat, ἱδρύματα πόλεως, &c. Item, delubrum, locus in quo deorum simulachra collocantur seu statuuntur; Plut. de fort. Rom. Sic apud Plat. de leg. ἱδρύματα θεῶν, fana; & simpliciter, sedes, &c. Verbale ab ἱδρύω.

Ἵδρυμαι, & ἱδρύομαι, sedere jubeor, collocor, statuor, firmor, situs sum, sedeo; (ut interdum active colloco, sedem do, statuo, &c.) est pass. ab ἵδρυμι, & ἱδρύω.

Ἵδρυμι, seu ἱδρύνω, idem quod ἱδρύω, quod vide.

Ἱδρυνθεὶς, εῖσα, ὲν, collocatus, moribus receptus, a. 1. part. pass. Ion. pro ἱδρυθεὶς &

Ἱδρυνθῆναι, Ion. pro ἱδρυθῆναι, a. 1. inf. pass. ab

Ἱδρυόομαι, (idem quod ἱδρύομαι, & ἵδρυμαι) sedeo, insideo, &c. est pass. ab act. ἱδρυόω, idem quod sequens Th. ἱδρύω; id vide. Unde etiam verbalia, ἵδρυσις, εως, vel ιος, ἡ, fundatio, sedes, & ἱδρυτὴς, οῦ, ὁ, fundatus, firmatus, stabilitus; ut in Epigr. ἱδρυτὰ γαίης, fixa & stabilita ex terra, &c. Item, ἱδρυτέον, manendum, &c. ab eod.

ἹΔΡΥ'Ω, seu ἵδρυμι, f. ύσω, sedere facio, statuo, colloco: q. ab ἵζω hinc ἵδρυμα, ατος, τὸ, firmamentum: ἵδρυσις εως, ἡ, constitutio, fundatio.

Ἱδρῶ, per Apoc. pro ἱδρῶτι, vel ἱδρῶτα, dat. vel acc. ab

Ἱδρὼς, ῶτος, ὁ SUDOR: ab ἴδος, εος, τὸ, idem quod ὑδρὼς, ab ὕδωρ, aqua.

Ἱδρῶα, τὰ, morb. ex sudore; sunt ex genere pustularum summo hærentium corpori, quæ instar ulcerum cutem exasperant; fiunt verò à biliosis acribusque sudoribus; Gal. Hippocrati dicuntur pustulæ quædam genitalium partium ortæ ab earum sudore à præced. ἱδρῶς; vide.

Ἵδρωσις, εως, ἡ, sudatio, sudoris evocatio: Item, Ἱδρωτικὸς, οῦ, ὁ, sudator; sudare solitus, crebro sudans: item, sudorem movens, &c. Undè ἱδρωτικῶς, propensè in sudorem; Aristot. Probl. lib. 2. 9. 40. Omnia à sequente verbo ἱδρόω; id vide.

Ἱδρωτοποιὸς, sudorem eliciens: undè ἱδρωτοποιΐα, sudoris evocatio, sudatio, & ἱδρωτοποιέω, ῶ, sudorem elicio, & passive, sudo, &c. ab ἱδρὼς, & ποιέω; vide.

Ἱδρώω, f. ώσω, sudo. Poët. vel Att. pro ἱδρόω, ab ἱδρὼς, sudor. Them. ἴδος, idem.

Ἰδυῖα, docta, sciens: præt. m. part. f. g. ex præt. m. ἴδα, verbi εἴδω, scio. Alii formari posse credunt ex perf. part. act. εἰδὼς, in f. g. εἰδυῖα, abjecto ε, ἰδὼς, ἰδυῖα, per Crasin pro εἰδηκώς, υῖα, ὸς, ejusdem verbi: est & Εἰδυῖα, ας, ἡ, nomen mul. q. εἰδυῖα, gnara.

Ἴδωμαι, a. 2. sub. m. ab εἴδω, video: a. 2. ἴδον,

Ἰδὼν, οῦσα, intuens, a. 2. part. act. ejusd. verbi.

Ἴδωσιν, 3. pl. a. 2. sub. act. ab εἴδω, video: a. 2. ἴδον.

Ἴε, vade: a. 2. imperat. act. verbi εἶμι, eo: a. 2. ἴον, ες.

Ἰεβοὺς, urbs quæ & Ἱερουσαλὴμ, cap. 1. Paral. gens hostis Israelitarum, cap. 23. Exod.

Ἰεζαβὴλ, ἡ, JEZABEL, nomen reginæ, ἄκλιτον. Syr. in insulâ habitans.

Ἵεθι, ιέτω, mitte, mittat, præs. imperat. verbi ἵημι, mitto.

Ἵη, mittebat, 3. sing. imperf. pro ἵει, tanquam ab ἱέω, verbi ἵημι, mitto.

Ἱείην, ης, η, mitterem, præs. opt. act. verbi ἵημι.

Ἵης, ἵη, mittebas, bat, 2. & 3. sing imperf. pro ἵεις, ἵει, verbi ἵημι, tanquam ab ἱέω, mitto.

Ἱεὶς, εῖσα, mittens, præs. part. &

Ἱεῖσαι, emittentes, nom. pl. præs. part. f. g. ab ἵημι, mitto.

Ἱεῖσι, & Ion. ἱᾶσι, 3. pl. præs. ind. ab eod. verbo.

Ἴκτος, intestinorum turbatio, ὁ τῶν ἐντέρων ταραχμὸς, Hesych. Sed potiùs εἰλεὸς, seu ἰλεὸς, vocatur ille morbus; hæc vide.

Ἵεμαι & ἵημι, eo, ab ἴω, idem: pro quo jam εἶμι.

Ἵεμαι, mittor, cupio: ab ἵημι, mitto.

Ἱέμεν, Ion. sed ἱέμεναι, Att. & Dor. pro ἱέναι, mittere, præs. inf. verbi ἵημι, mitto: præs. part. ἱέμενος.

Ἱέμεν & ἱέμεναι, itidem Ion. & Dor. pro ἰέναι, præs. inf. act. ab εἶμι, eo.

Ἵεν, mittebant, Bœot. pro ἵεσαν, 3. pl. imperf. act. verbi ἵημι, mitto: sed.

Ἴεν, 3. sing. a. 2. ἴον, ες, ε, verbi εἶμι, eo, ν additur ob sequentem vocalem.

Ἱέναι, mittere, præs. inf. act. ab ἵημι, mitto: at

Ἰέναι, ire, præs. inf. act. verbi ἵημι, vel εἶμι, eo.

Ἵενται, 3. pl. præs. ind. pass. &

Ἱέντες, nom. plur. præs. part. act. ἱεὶς &

Ἵεντο, 3. plur. imperfect. pass. ab ἵημι, mitto.

Ἱερὰ τὰ, sacra: ab ἱερὸς, sacer. Est &

Ἱερὰ, ἡ, medicamenti compositio, & serpentis nomen: item major anchora tutiórque, extremum navis subsidium: ἱερὰ νόσος epilepsia, morbus comitialis.

Ἱεραγγέλοι, qui Deorum panegyres nuntiant, &c. ab ἱερὸς, in plur. ἱερὰ, τὰ; vide & ἄγγελος. V.

Ἱεράκιον, τὸ, hieracium, genus herbæ cujusdam; de qua Diosc. lib. 3. est è genere lactucæ sponte nascentis; & ex hoc genere, rotunda habens folia & brevia, vocatur hieracia; inquit Plin. quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos tangendo, obscuritatem cum sensere discutiant, &c. Item, ἱερακίτης, dicitur lapis quidam, apud Plin. lib. 37. c. 10. & ἱερακίσκος, ου, ὁ, parvus accipiter; apud Aristoph. Omnia à Th. ἱέραξ; v.

Ἱεραμοιβοὶ, sacri vates, vates Deorum; ab ἱερὸς, & ἀμείβομαι, commuto, item, vices sermonis reddo; i. e. respondeo, &c. V.

Ἱεϱᾶν, Dor. pro ἱεϱῶν, gen. pl. ab ἱεϱός, sacer.
ΙΕΡΑΞ, ακ☉, ὁ, accipiter: qui ἵεται ἐν ἀέϱι ῥαδίως, id est, fertur in aëre velociter: vel quia ales ἱεϱός.
Ἱεϱάομαι, sacerdos sum, vide in ἱεϱᾶται.
Ἱεϱάπολις, εως, ἡ, HIERAPOLIS, nomen urbis, Gr. sancta civitas.
Ἱεϱάϱχης, qui sacris præest; vel, qui sacris præest ordinibus, &c. Undè, ἱεϱαϱχία, sacrum imperium; seu, in sacris rebus imperium: Item, ἱεϱαϱχικὸς, ad eum, qui sacris præest, pertinens; undè ἱεϱαϱχικῶς, more eorum qui sacris præsunt, & ἱεϱαϱχέω, ῶ, præsum sacris rebus seu ordinibus, sacro imperio & magistratu fungor; & ἱεϱαϱχεῖσθαι, hujusmodi imperio & præfectura regi, &c. Omnia ab ἱεϱὸς, & ἀϱχὴ; V.
Ἱεϱᾶται, 3. sing. præs. ind. verbi ἱεϱάομαι, -ῶμαι, sacerdotio fungor. Them. ἱεϱὸς, sacer.
Ἱεϱατεία, ας, ἡ, functio sacerdotalis, sacerdotium. Th. ἱεϱὸς, sacer.
Ἱεϱατεῖον, ου, τὸ, sacrarium, sacerdotium, &c. in cap. 2. Epist. 1 Petri; Erasmus ait Petrum intelligere functionem & administrationem sacrorum, &c. Item, ἱεϱάτευμα, ατ☉, τὸ, sacerdotium; i. e. ἡ πεϱὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμέλεια; Authore Aristotele. Utrumque à seq. ἱεϱατεύω.
Ἱεϱατεύω, sacerdotio fungor: f. εύσω, p. ἱεϱάτευκα, perf. pass. ἱεϱάτευμαι, undè ἱεϱάτευμα, ατ☉, τὸ, sacerdotium: ejusdem Th.
Ἱεϱατικὸς, οῦ, ὁ, sacerdotalis: item, sacris usibus destinatus, &c. ab ἱεϱάομαι, vide.
Ἱεϱάων, Dor. pro ἱεϱῶν, gen. pl. f. g. ab ἱεϱὸς, sacer.
Ἱέϱεια, ας, ἡ, & Ion. ἱεϱείη, sacerdos, in pl. ἱέϱειαι, ab eod. Th.
Ἱεϱεῖον, ου, τὸ, victima: ab ἱεϱὸς, sacer.
Ἱεϱείτης, ου, ὁ, sacerdos; ab ἱεϱεύω, & eodem. Th.
Ἱεϱεμίας, ου, ὁ, HIEREMIAS, nomen Prophetæ. Heb. exaltans Dominum.
Ἱεϱεὺς, έως, ὁ, sacerdos: qui τὰ ἱεϱὰ curat: hinc ἀϱχιεϱεὺς, pontifex maximus, summus sacerdos: ab ἱεϱὸς, sacer.
Ἱεϱεύω, f. εύσω, sacrifico, macto, dico, consecro: ab eod. Th.
Ἱεϱὴ, Ion. pro ἱεϱὰ, ᾶς, ἡ, vide ἱεϱὸς.
Ἱεϱήϊον, ου, τὸ victima: Ion. Dialysi pro ἱεϱεῖον. Th. ἱεϱὸς, sacer.
Ἱεϱὶς, ίδ☉, ἡ, sacerdos: ab eod. Th.
Ἱεϱιχὼ, HIERICHO, nomen urbis.
Ἱεϱογλύπτης, ου; q. d. sacra sculpens, qui sculpit seu peritus est sculpendi ea quæ hierographica seu hieroglyphica vocantur: item, ἱεϱογλύφ☉, idem; undè sequens ἱεϱογλυφικὰ; id V.
Ἱεϱογλυφικὰ, τὰ, sacra quædam monumenta apud Ægyptios, non literis, sed sculptis rerum, animaliúmque figuris significantia: ex ἱεϱὸς, sacer, & γλύφω, sculpo. Th. γλάφω, idem.
Ἱεϱόγλωσσ☉, sacram linguam habens; in Epigr. ab ἱεϱὸς, & γλῶσσα, vi. Sic etiam varia componuntur alia cum ἱεϱὸς, ut sequuntur ordine, ἱεϱογϱαμματεὺς; q. d. scriba & velut commentariensis rerum sacrarum, i. e. mysticarum, sacer scriba, &c. à γϱαμματεὺς, vi. ἱεϱογϱάφα; sive, ἱεϱογϱαφήματα, divinarum rerum imagines seu adumbrationes: item, ἱεϱογϱαφία, rerum divinarum adumbratio per quædam signa; à γϱαφὴ, vi. ἱεϱοδιδάσκαλ☉, qui sacra docet, qui ea docet quæ ad sacrorum ritus pertinent: item, qui ad sacra initiat, seu qui sacra profitetur; à διδάσκαλ☉, vi, ἱεϱόδουλ☉, sacris inserviens, æditaus; ut apud Strab. ἱεϱόδουλοι γυναῖκες, mulieres Deo sacratæ, &c. in lib. Esdræ ἱεϱόδουλοι nathinæi dicuntur, c. 2. 7. & 8. Th. δοῦλ☉, vi. ἱεϱοθέτης, sacrorum institutor, ut rituum, &c. undè ἱεϱοθετέω, sacros ritus instituo, seu ritus constituo, à τίθημι, unde θέτης, & θετὸς, &c. vi. ἱεϱόθυτ☉, sacrorum ritu mactatus, seu immolatus; apud Plut. quidam ἱεϱόθυτον θάνατον appellat ejus qui se pro patria devovet: item, τὰ ἱεϱόθυτα, subst. expon. sacræ hostiæ, apud Athen. à θύομαι, undè θύτης, &c. vi. ἱεϱοκήϱυξ, sacer præco, qui scilicet in sacris favere linguis jubet, aut aliud quidpiam inter rem sacram edicit; à Th. κήϱυξ, vi. ἱεϱοκόμ☉, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sacrorum curam gerit, & æditaus, &c. Hesych, à Th. κομέω, vi. ἱεϱολογέω, ῶ, de sacris rebus loquor, seu dissero, sacra verba pronuntio; undè ἱεϱολογία, quasi sacri sermones, qui scil. in ecclesia recitantur; (i. e. θεῖα, λειτουϱγία, ἡ ψαλμῳδία sacrum carmen; Areop.) à nomine λόγ☉, vi. omnia composita cum ἱεϱὸς, &c.
Ἱεϱοῖσιν, dat. pl. Ion. ab ἱεϱὸς, sacer.
Ἱεϱομηνία, ας, ἡ, dies festus, sacer mensis. Vel totus ille mensis, in quo Nemea celebrabantur: ex ἱεϱὸς, sacer, & μὴν, μηνὸς, ὁ, mensis.
Ἱεϱομνήμων, ον☉, ὁ; sacrarum rerum, seu sacrorum rituum memoriæ præfectus, sacrorum præsul; quidam exponunt, sacer scriba; alii, qui est à commentariis sacrarum memoriarum, &c Undè verbum ἱεϱομνημονέω, ῶ, fungor munere eorum qui ἱεϱομνήμονες dicuntur; Aristop. in Nub. ab ἱεϱὸς, & μνήμων, vi. Sic etiam varia alia; ut ἱεϱομύστης, ου, ὁ, qui sacris mysteriis initiat, sive qui sacra mysteria, & sacros ritus tradit; sacrorum præfectus & antistes, &c. Undè, apud Areop. in plur. ἱεϱομύσται, theologi, qui primi ceremonias condiderunt; ab ἱεϱὸς, & μύστης, V.
Ἱεϱὸν, οῦ, τὸ, sacrum, (substant.) sacrificium, hostia, victima: Item sacellum, fanum, templum, delubrum, &c. apud Thuc. & Xen. est neut. subst. à masc. ἱεϱὸς; V.
Ἱεϱονίκης, in sacris certaminibus victor, Luc. ab ἱεϱὸς, & νίκη; V.
Ἱεϱονόμοι, sacræ disciplinæ & institutionis magistri & exactores, Bud. de asse; ab ἱεϱὸς, & νέμω distribuo: Item administro, rego; undè νομεὺς, & νομὸς; quæ vide.
Ἱεϱόπλαστα, τὰ, divinarum rerum imagines, seu, adumbrationes; Dionys. Areop. unde ἱεϱοπλαστία, ἡ, rerum divinarum adumbratio per quædam signa, ab ἱεϱὸς, & πλάσις, aut πλάσ☉, &c. vide.
Ἱεϱοποιέω, f. ήσω, dico, consecro: ex ἱεϱὸς, sacer, & ποιέω, facio.
Ἱεϱοποιὸς, q. d. sacrificus, sacrificulus, peculiariter, ἱεϱοποιοὶ, dicebantur magistratus Athenis, qui sacra faciebant Eumenidibus, præsidibus Areopagi; Bud. indè ἱεϱοποιΐα, functio illa, sacrificatio, sacrificium, &c. ab iisdem.
Ἱεϱόπολις, vel potius ἱεϱάπολις, sacra urbs, sancta civitas; Phil. de vita M. l. 3 ab ἱεϱὸς, & πόλις; V.
Ἱεϱοπϱεπὴς, έ☉, ὁ, ἡ, sanctimoniam decens: ex ἱεϱὸς, sanctus & πϱέπω, convenio.
Ἱεϱοπϱεπῶς, ut decet sanctum, seu sanctimoniam, ut convenit rei sacræ; sacro quodam modo, &c. Hesych, adv. à præced.
ΙΕΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, sacer, a, um, præstans, magnus: τὰ ἱεϱὰ, res sacræ: q. ab ἵεμαι, cupio, quia sacra debent appeti: hinc ἱεϱὸν, οῦ, τὸ, sacrificium, victima, templum: ἱεϱόω, sacro, dedico.
Ἱεϱοσαλπιγκτὴς, i. e. ἱεϱὸς σαλπιγκτὴς, tibicen in sacris, vi. σαλπιγκτὴς in Them. σάλπιγξ.
Ἱεϱοσκόπ☉, q. d. sacrorum inspector, haruspex; (idem quod θυοσκόπ☉, vi.) undè ἱεϱοσκοπία, haruspicina, & ἱεϱοσκοπέω, ῶ, haruspicinam factito, seu exerceo, haruspicis sacerdotio fungor, &c. ab ἱεϱὸς & σκοπὸς; V.
Ἱεϱοσόλυμα, ης, ἡ, & Ἱεϱοσόλυμα, ων, τὰ; & Ἱεϱουσαλὴμ, ἡ, ἄκλιτον, HIEROSOLYMA, Hebr. metuite Schalemum.
Ἱεϱοσολυμίτης, ου, ὁ, Hierosolymitanus.
Ἱεϱοσυλέω, sacrilegium committo: f. ήσω, p. ἱεϱοσύληκα; &
Ἱεϱοσυλία, ας, ἡ, sacrilegium: ab
Ἱεϱόσυλ☉, ου, ὁ, ἡ, sacrilegus, a: ex ἱεϱὸν, sacrum, & συλάω, spolio.
Ἱεϱοσύλως, sacrilegè, à præced. ἱεϱόσυλ☉; undè etiam ἱεϱοσύλημα, quod sacrilegio raptum est, sacrilegium; verbale à præced. ἱεϱοσυλέω, V.
Ἱεϱοτελεστὴς, qui sacris initiat, sacerdos, episcopus; ab ἱεϱὸς & τελεστὴς, V.
Ἱεϱότυπ☉, cui sacra figura impressa est; Dionys. ab ἱεϱὸς, & τύπ☉; V.
Ἱεϱουϱγέω, sacra celebro, operor sacris, cum acc. f. ήσω, p. ἱεϱούϱγηκα; ex ἱεϱὸν, τὸ, sacrum, & ἔϱγον, opus.
Ἱεϱουϱγέομαι, οῦμαι, sacrificor; undè τὰ ἱεϱουϱγηθέντα, apud Herodian. victimæ cæsæ, hostiæ: item activè pro præced. ἱεϱουϱγέω, sacrifico, sacra facio; undè ἱεϱουϱγία, rei divinæ peractio, seu operatio, sacrificium: undè apud Plat. ἱεϱουϱγίας, ἱεϱουϱγεῖσθαι, sacra facere, sacris operari.
Ἱεϱοφαντέω, f. ήσω, sacrorum antistes sum, sacra doceo: &
Ἱεϱοφάντης, ου, ὁ, qui sacra & ceremonias docet, sacrorum antistes: &
Ἱεϱοφαντικὸς, οῦ, sacerdotalis: ab ἱεϱὸς, sacer, & φαίνω, ostendo.
Ἱεϱοφαντικῶς, more sacrorum antistitum, more sacerdotum, &c. adv. à præced. ἱεϱοφαντικὸς, ad sacrorum antistites pertinens; item, ἱεϱοφαντία, ἡ, antistitium, antistitis sacrorum dignitas, & ἱεϱοφαντίαι, sacrorum ceremoniæ; à præced. ἱεϱοφάντης, &c. V.
Ἱεϱοφόϱ☉, q. d. sacrifer, qui sacra fe rt

fert; ab ἱερὸς, & φερὸς; vide.

Ἱεροφύλαξ, sacrorum custos; undè ἱεροφυλάκιον; locus ubi sacra custodiuntur, sacrarium, &c. ab ἱερὸς, & φύλαξ; V.

Ἱερόφωνος, sacram vocem habens, vel magnam; ab ἱερὸς & φωνὴ; V.

Ἱεροψάλτης, ου, ὁ, Psaltes in sacris, sacer cantor, qui sacra canit, &c. ab ἱερὸς & ψάλτης.

Ἱερόψυχος, qui est divinæ mentis, divinum habens animum, Joseph; ab ἱερὸς, & ψυχὴ; V.

Ἱερόω, ῶ, sacro, dedico, initio, inauguro, in pass. ἱερόομαι, οῦμαι, sacror, dedicor, &c. Undè ἱέρωμα τὸ, quod consecratum est, sacrum; à Them. ἱερὸς; V. Undè etiam ἱερῶμαι, sacerdos sum, &c. pro ἱερόομαι, vi. Item ἱερώσυνα, τὰ, quæ consecrantur, sacra, &c.

Ἱερώνυμος, cui sacrum est nomen, Luc. ab ἱερὸς, & ὄνομα, priori ὁ in ω, posteriori in υ mutato; ut solet fieri in hisce compositis.

Ἱερῶς, sanctè; ut ἱερῶς ἀποθανὼν, qui piè præclareque obiit; Plutarchus in Lycurgo, adv. ab ἱερὸς; V.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, sacerdotium. Them. ἱερὸς, sacer.

Ἱεῖς, 3. pl. imperf. ἵεον, ex ἵημι, mitto: a. 2. ἕω.

Ἱέσθην, 3. dual. ἵεσθε, 2. pl. imperf. pass. verbi ἵεμαι, cupio.

Ἰεσσαὶ, ὁ, nomen viri, ἄκλιτον. Hebr. senex.

Ἵετο, cupiebat, 3. sing. imperf. verbi ἵεμαι, desidero. Th. ἵημι, mitto.

Ἰέττα, pater, & sylvestris caper: qu. ab ἄττα.

ἸΕΥ͂, HUI, adv. irridendi.

Ἰεφθαὲ, ὁ, nomen viri, ἄκλιτον. Hebr. apertor.

Ἰεχονίας, ου, ὁ, nomen viri, Hebr. præparatus a Domino.

Ἱέω, mitto: ab ἕω. Sed ἱέω, & ἵημι. Ion. pro εἶμι, eo.

Ἰζάνη, ἡ, vestis è caprinis pellibus; Poll. l. 2. c. 18. est à sequente ἰζάνω.

Ἰζάνω, f. ήσω, q. ab ἰζέω, idem quod ἵζω, sedere facio.

Ἵζε, sede, præs. imperat. act. ab

Ἵζεο, Ion. pro ἵζου, præs. imperat. pass. ab ἵζω, sedere facio.

Ἵζευ, sede, Dor. pro ἵζου, præs. imperat. pass. ejusd. verbi.

Ἰζέω, ῶ, f. ήσω, verbum non nisi in temporibus quibusdam, ab eo formatis, usitatum; sed idem significat quod ἵζομαι, vi. & confer præced. & seq.

Ἵζημα, ατος, τὸ, sedimentum. Th. ἵζω, sedeo.

Ἰζήσας, a. 1. part. act. verbi ἰζάνω, f. ήσω, sedere facio, instituo. Them. ἵζω, idem.

Ἵζομαι, idem quod ἕζομαι, sedeo: item sido, subsido, pessum eo, &c. est pass. à Th. ἵζω. V.

Ἵζοισα, ας, ἁ, Dor. pro ἵζουσα, ης, ἡ, sedens, præs. part. f. g. &

Ἵζον, ες, ε, sedebam, imperf. act. ab

ἽΖΩ, f. ἴσω, sedere facio, sedeo, colloco: qu. ab ἕω, colloco. Hinc καθίζω, idem.

ἸΗ῾, adverb. seu Interjectio, in lætis acclamationibus adhiberi solita, ut ἰὴ παιὼν, &c. Alii aspirari volunt ἱὴ, & ducunt ab ἵεσθαι, desiderare. Hinc Ἰήϊος, ου, ὁ, Apollo: q. ab ἰάομαι, sano. Est & ἰὴ, vox. Vide ἴα.

Ἰῇ, æquali, dat. sing. ab ἴος, ἴον, solus, a, um, unus, a, um. Aristarchus scribit, gen. & dat. hujus nominis circumflecti. Nisi Ion. pro μιᾷ, positum dicamus, à μία, μιᾶς, una. Vide ἰός.

Ἰήϊος, ita dictus est Apollo, ex eo quòd ei accini soleret in hymnis, ἸΗ παιὰν; ut indicat Apoll. Arg. l. 2. alii sic dictum volunt, ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, à sanando, quippe quod Deus iste, sit ἰατρὸς, i. e. medicus; alii autem ἀπὸ τοῦ ἱέναι, à jaculando, q. d. jaculator; quod serpentem Apollo sagittis interficeret, &c. Athenæus verò Bacchum Ἰήϊον, nominatum innuit, quòd gaudia compotantibus immittat, eorumque mentes curis & mœroribus solvat, &c. à Them. Ἰὴ; V.

Ἰήκοπος, doloribus medens: ab ἰάομαι, medeor, & κόπος, labor. Th. κόπτω, seco, tundo: f. ψω. præt. m κέκοπα.

Ἴηλα, injeci, a. 1. ind. act. verbi ἰάλλω, mitto: f. αλῶ.

Ἰήλεμος, Ionicè & Poëticè pro Th. ἰάλεμος, vi. Sic ἰηλεμίζειν, à quo verbale ἰηλεμίστρια, ploratrix, mulier præfica, θρηνήτρια, quæ lugubria in defunctos canit, &c.

Ἴημα, ατος, τὸ Ionicè pro ἴαμα, medicamentum, à Th. ἰάομαι; V.

Ἵημι, mitto: imperf. ἵην, ης, η, vel ἵεον, ουν, εις, εις; f. ἥσω, p. εἷκα, a. 1. ἧκα, a. 2. ἣν, ἧς, ἧ, præs. pass. ἵεμαι, mittor, desidero: imperf. ἱέμην, σο, το; perf. εἷμαι, a. 1. pass. ἕθην; a. 2. m. ἕμην, ἕσο, ἕτο; a. 2. part. m. ἕμενος. Them. ἕω, mitto, sed

Ἵημι, eo, vado: ut εἶμι, ex ἕω, idem.

Ἰηνός, ου, ὁ, lamentabilis; à Them. ἰὴ; vide.

Ἰηπαιήων, ἰηπαίων; Apollo sic dicitur, vel quòd sagittas jaculetur, ab ἵημι, i. e. πέμπω, mitto, vel quod ἰάσεως, i. e. curationis & medicinæ dicebatur author. de hoc Apoll. 2. vi. etiam παιών.

Ἰήσασθαι, curare, Ion. pro ἰάσασθαι, a. 1. inf. m. verbi ἰάομαι, curo, f. άσομαι; sic

Ἰήσατο, 3. sing. a. 1. m. Ion. ab eodem verbo.

Ἵησι, mittit, 3. sing. præs. ind. verbi ἵημι; sed

Ἵησι, vadit, 3. sing. verbi ἵημι, eo: ab εἶμι; seu ἕω, eo: at

Ἴησι, eas, Ion. Paragoge pro ἴῃς, 2. sing. a. 2. sub. verbi εἶμι, eo: a. 2. ἴον; vel ut alii, Ion. & Poet. pro ἴῃ, eat, 3. sing. a. 2. sub. ejusd. verbi.

Ἰήσιμος, sanabilis, Ionicè pro ἰάσιμος; vide.

Ἰήσονι, dativ. sing. ab Ἰήσων, ὁ, nomen viri.

Ἰησοῦς, ου, ὁ, JESUS, nomen Salvatoris Hebr. Salvator.

Ἴηται, ων, οἱ, Sunt οἱ τὴν Ἴον νῆσον οἰκοῦντες.

Ἰητήρ, Ion. pro ἰατήρ, ὁ, Medicus, ab ἰάομαι, sano.

Ἰητρὸς, οῦ, ὁ, medicus Ionicè pro ἰατρός; sic ἰήτης, idem quod ἰητήρ; V. & in ἰατρεῖον, Ion. pro ἰατρεῖον; id vide.

Ἰθαγενὴς, originalis, indigena: rectè & legitimè natus: ab ἰθὺ, rectè, & γείνομαι, nascor.

Ἰθάκη, ης, ἡ, ITHACA, nomen regionis, Ulyssis Patriæ.

Ἶθαρ, celeriter: q. ab ἰθὺ, recta.

Ἰθαρὸς, celer, velox, ab ἶθαρ; V.

Ἰθέα, Ion. pro ἰθεῖα, vide ἰθύς.

Ἰθεῖα, ας, ἡ, recta: nom. sing. f. g. &

Ἰθεῖαι, nom. pl. f. g. ab ἰθὺς, εῖα, υ, rectus, a, um: dat. pl. Ion. ἰθείῃσι; ab ἰθεῖα, Ion. pro ἰθεῖα.

Ἰθέως, Ion. pro εὐθέως, celeriter.

Ἴθι, vade præs. imperat. ab εἶμι, eo.

Ἴθμα, τὸ, gressus, motus, passus, &c. à præced. ἴθι, vi. vel ab ἵεμαι, eo.

Ἴθματι, pro ἴθματι, dat. sing. ab ἴθμα, ατος, τὸ, gressus, passus: ab ἴω, vel εἶμι, vado.

Ἴθορος, vox incitantis & adhortantis: q. ab ἶθαρ, celeriter, vel ἴθι, vade, & ὀρούω, ruo, vel ὄρω, excito.

Ἰθρὶς, spado: cui ἰς τεθέρισται, vis demessa est, sub. Them. θέρος, æstas.

Ἰθὺ, adv. recta, obviam, statim. Them. ἰθὺς, rectus.

Ἰθυβόλος, ου, ὁ, qui rectà jacitur, seu projicitur, directus, &c. ab ἰθὺ, & βόλος, aut βολέω, &c. V.

Ἰθυγενὴς, unde neutrum ἰθυγενὲς, quod rectum natum est, vel rectum nascitur, &c. ab ἰθὺς, & γένος, τὸ, V.

Ἰθυδίκῃσι, dat. pl. Ion. ab

Ἰθυδίκης, ου, ὁ, cujus judicia sunt recta: ab ἰθὺς, rectus, & δίκη, jus.

Ἰθύδρομος, rectà currens, vel rectè; qui rectam viam in currendo tenet; in Anth. Epigr. ab ἰθὺ, & δρόμος, V.

Ἰθύθριξ, ιχος, ὁ, ἡ, qui rectos capillos habet: ab ἰθὺς, rectus, & θρὶξ, ἡ, capillus.

Ἰθυκέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, rectâ viâ ambulans, qui rectâ via incedit, &c. ab ἰθὺς, & κέλευθος, V.

Ἰθυμαχία, ας, ἡ, idem quod seq. ἰθυμαχίη, V.

Ἰθυμαχίη, ης, ἡ, legitima pugna, quæ aperto Marte fit: ex ἰθὺς, rectus, & μάχομαι, pugno.

ἸΘΥΜΒΟΙ, ων, genus carminis & saltationis ridiculæ, in honorem Liberi patris: q. ab ἰθύειν βοῇ, prorumpere clamore.

Ἰθύνει, dirigit. 3. sing. præs. ab ἰθύνω, dirigo. Th. ἰθὺς, rectus.

Ἰθύνομαι, regor, dirigor; item corrigor, mulctor; item pro act. ἰθύνω, dirigo, &c. V. Undè etiam ἰθύνη, ἡ, idem quod ἴθυνσις, εως, ἡ, directio: Item ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, & ἰθύντωρ, ορος, ὁ, director, rector, moderator, &c. & in fœm. ἰθύντειρα, ἡ, rectrix, directrix, &c. Item ἰθυντήριον, ου, τὸ, sceptrum è lauro, quod vates manibus gestabant erectum, Hesych. omnia ut dictum ab ἰθύνω; vide.

Ἴθυνεν, direxit, 3. sing. imperfect. activ. ab

Ἰθύνω, dirigo: f. υνῶ, præs. passiv. ἰθύνομαι, dirigo, rego. Them. ἰθὺς, rectus.

Ἰθύομαι, idem quod act. ἰθύω; V.
Ἰθυπτεῖν, rectà volare; Hesych. exp. ἐπ' εὐθείας ὁρμῆσαι, i. e. recto impetu ferri, ab iisdem cum seq. ἰθυπτίων; quod vide.
Ἰθυπόρος, vel ἰθυωπόρος, rectà procedens, in Epigram. ab ἰθὺ, & πόρος; vide.
Ἰθυπτίων, ωνος, ὁ, ἡ, recta volans, qui recto cursu fertur: ab ἰθὺς, rectus, & πέτομαι, volo, as.
Ἰθὺρ, ferrum axis, quod à rotâ currente teritur, & circum agitur; ab ἰθύομαι; vide.
ἸΘΥ'Σ, έος, ὁ, rectus, & in f. g. ἰθεῖα; in compar. ἰθύτερος' hinc ἰθύνω, dirigo: q. ab εὐθὺς; sed
Ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus: ab ἰθύω, recta feror: quod à præced.
Ἰθύτατος, rectissimus, superl. à comp. ἰθύτερος; V.
Ἰθυτενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in rectum extensus, rectus, &c. Unde ἰθυτένεια, ἡ; q. d. in rectum extensio, via in rectum extensa, via recta, &c. Ptol. ab Ἰθὺς, & τείνω; vide.
Ἰθύτεραι, rectiones, nom. pl. fœm. gen. ab
Ἰθύτερος, comparat. ab ἰθὺς, έος, ὁ, rectus.
Ἰθυντὴς, ῆ, ὁ, director, ab ἰθύς; V.
Ἰθύτομος, q. d. in rectum sectus, rectus; ut ἰθύτομος οἶμος, recta semita, vel virga; ab ἰθὺς & τομός; vide.
Ἰθύτριχες, qui crinibus sunt rectis, non crispis, &c. q. à sing. εὐθύτριξ, ab εὐθὺς, & θρίξ; V.
Ἰθύφαλλος, ου, ὁ, interdum dicitur penis erectus, interdum, carmen quod in arrectum penem cantabatur, teste Hesych. & Suid. sed dicitur etiam, de ipsis hominibus, qui erectos penes ligneos vel coreaceos, &c. gestabant, Athen. l. 4. nam ἰθύφαλλοι, οἱ, dicebantur, qui in sacris Bacchi phallum sequebantur in duti muliebri veste, ac phallicum, seu ithyphallicum carmen cum tripudiis canebant; Cæl. l. 4. c. 16. Item ἰθύφαλλοι, i. e. erecti Priapi; Suid. ab ἰθὺς, & φαλλὸς, V.
Ἰθύω, recta feror, impetu feror: hinc ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus. Th. ἰθὺς, έος, ὁ, rectus.
Ἰθυωρία, rectitudo; idem quod ἴθυνσις, ab ἰθύς; V.
Ἰΐζω, æruginosus reddor, ab ἰὸς, ærugo.
Ἵκανε vel ἵκανεν, pervenit, 3. sing. imperf. &
Ἱκάνετην, dual. imperf. verbi ἱκάνω, imperf. ἵκανον, opt. ἱκάνοιμι, οις, οι. Th. ἵκω, venio.
Ἱκανοδοσία, ας, ἡ, q. d. satisdatio, sufficiens largitio Theophil. in Instit. Civil. ab ἱκανὸς, & δόσις, V.
ἹΚΑΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, idoneus, sufficiens, congruus: inde ἱκανότης, ητος, ἡ, sufficientia: ἱκανόω, sufficientem reddo: ἱκανῶς, sufficienter, abundè: ἐξ ἱκανοῦ, sc. χρόνου, à multo tempore: ἐφ' ἱκανὸν, diu.
Ἱκανότης, ητος, ἡ, idoneitas, sufficientia: à præced.
Ἱκανέσθω, sufficiat, satis sit, 3. sing. imperat. pass. ab
Ἱκανόω, idoneum reddo: f, ώσω, p. ἱκάνωκα. Th. ἱκανὸς, idoneus.
Ἱκάνω, convenio, adeo, assequor, supplico. Hesych. Th. ἵκω, venio.
Ἱκανῶς, adv. sufficienter, abundè, affatim, admodum, valdè. Th. ἱκανὸς, sufficiens.
Ἴκατι, sive εἴκατι, teste Hesych. dicitur pro εἴκοσι, viginti.
Ἴκελος & εἴκελος, ου, ὁ, similis: ab εἴκω, similis sum.
Ἰκελόω, ῶ, assimilo; in Epigr. à præced. ἴκελος.
Ἶκε, ibat, imperf. act. verbi ἵκω, venio: f. ἵξω, a. 1. ἶξα.
Ἵκευ, veni, Ion. pro ἵκου, præs. imperat. pass. verbi ἵκομαι, vel 2. sing. a. 2. m. ἱκόμην, ου, Ion. εο, ευ, verbi ἱκνέομαι, f. ἵξομαι, venio.
Ἱκέσθαι, a. 2. inf. m. verbi ἱκνέομαι, venio: f. ἵξομαι, a. 2. m. ἱκόμην.
Ἱκέσθην, 3. dual. aorist. 2. m. ejusdem verbi.
Ἱκεσία, ας, ἡ, supplicatio, preces: ab ἱκέτης, supplex.
Ἱκέσιος, ου, supplex: ἱκέσιος Ζεὺς, supplicum præses Jupiter: per Syncop. pro ἱκετήσιος, idem: ab eod. Th.
Ἵκετ', pro ἵκετο, pervenit, 3. sing. a. 2. m. ab ἱκνέομαι, venio: quod vide.
Ἱκέτας, α, ὁ, Dor. pro ἱκέτης, ου, ὁ, supplex: quod V.
Ἱκετεία, ας, ἡ, supplicatio. Thuc. l. 1. & Plat. unde ἱκετείας ποιεῖσθαι, supplicare; apud Plat. de leg. & Xen. in sympos. Item ἱκέτευμα, ατος, τὸ; q. d. supplicamentum, supplicatio, supplicandi quoddam genus; ut apud Thucyd. μέγιστον ἦν ἱκέτευμα τοῦτο, &c. Utrumque à seq. ἱκετεύω, V.
Ἱκέτευε, 3. sing. imperf. act. &
Ἱκέτευσε, 3. sing. a. 1. act. ab
Ἱκετεύω, supplico: f. εύσω. Them. ἱκέτης, supplex.
Ἱκετηρία, ας, ἡ, supplicatio: Item,
Ἱκετήριος, & per Syncopen, ἱκτήριος, ου, ὁ, ad supplices pertinens, supplicibus conveniens, ad supplicationem idoneus, &c. Item ἱκετικὸς, idem; vel quo utuntur supplices; ut ἱκετικὸς λόγος, Schol. Thucyd. &c. à sequente. Them.
ἹΚΕ'ΤΗΣ, ου, ὁ, supplex: acc. sing. ἱκέτην, dat. pl. Ion. ἱκέτῃσι. Hinc ἱκετεύω, supplico: ἱκέτευμα, ατος, τὸ, supplicatio: ἱκέτις, quæ supplicat: ἱκετήσιος Ζεὺς, supplicum præses Jupiter.
Ἱκέτις, ιδος, ἡ, & ιος, ἡ, supplex, fœm. quæ supplicat, famula, serva, à præced. Them.
Ἱκετοδόχος, ου, ὁ καὶ ἡ; supplicum receptor seu receptrix; ab ἱκέτης, & δέχομαι, V.
Ἱκετώσυνα, τὰ, supplicationes, vel supplicia, lustrationes, expiationes. &c. Item à Th. ἱκέτης; V.
Ἵκηαι, venias, Ion. pro ἵκῃ, 2. sing. a. 2. sub. m. verbi ἱκνέομαι, venio: f. ἵξομαι, p. ἷγμαι, a. 2. m. ἱκόμην, ου, ετο; a. 2. sub. m. ἵκωμαι, ῃ, ηται.
Ἵκηται, veniat, 3. sing. a. 2. sub. m. ejusd. verbi.
Ἰκμάζομαι, humector, emollior, ab act. ἰκμάζω, humecto, humefacio, humidum reddo: Item ἰκμαίνω, idem quod ἰκμάζω, humecto: Item mollior; omnia à Th. ἰκμὰς, V.
Ἰκμαῖος, Jupiter, q. d. humidus Jupiter; i. e. humoris dator; Apoll. Arg. l. 2. Item ἰκμαλέος, humidus, Poëticum est; utrumque à seq. Them. ἰκμὰς, V.
ἸΚΜΑ'Σ, άδος, ἡ, humor, vapor: indè ἰκμαῖος, humidus: ἰκμάζω, humecto.
Ἰκμασία, ἡ, humor, humiditas, verbale ab ἰκμάζω; V.
Ἴκμενος, fluens, secundus: per Sync. pro ἱκόμενος, Euphoniæ causâ spiritu mutato. Sunt tamen qui ἵκμενος, scribunt. Estque vel præs. part. verbi ἵκομαι, vel a. 2. part. m. verbi ἱκνέομαι, venio: f. ἵξομαι, a. 1. m. ἱκόμην. Sunt qui ἴκμενος, expon. humidus, à Th. ἰκμὰς, humor.
Ἴκμη, ἡ, planta seu herba quædam humida, quam in Orchomenio lacu nasci tradit Theophrast. Hist. Pl. l. 4. c. 11. à Th. ἰκμάς.
Ἰκμέβωλον, gleba humecta, Diosc. l. 2. ab ἰκμὰς, & βῶλος; vi. At ἰκμοβόλος, est humorem jactans; ab ἰκμὰς, & βάλλω, unde βολὴ, & βόλος, &c. Vide.
Ἰκνεῖσθαι, Ion. pro πρέπειν, decere.
ἹΚΝΕ'ΟΜΑΙ, -οῦμαι, venio, advenio, supplico: f. ἵξομαι, p. ἷγμαι, a. 2. m. ἱκόμην, ου, ετο. Hinc ἷξις, εως, ἡ, adventus: ἐφικνέομαι, assequor, consequor: ἐφικτὸς, ου, quem assequi possumus: ὅσον ἐφικτὸν, quantum licet, pro viribus.
Ἱκνεόμενον, Ion. pro τὸ ἵκανον, id quod sufficit & decorum est: &
Ἱκνεομένως, sive ἱκνουμένως, ritè, congruè, adv. ab ἱκνέομαι, venio.
Ἱκνευμένῳ χρόνῳ, temporis progressu, Ion. & Dor. pro ἱκνουμένῳ; &
Ἱκνεῦνται, Ion. & Dor. pro ἱκνοῦνται, veniunt, 3. pl. ab ἱκνέομαι.
Ἱκνούμενος, veniens, congruens, justus: ut ἱκνούμενον μέγεθος, justa magnitudo, part. præs. ejusd. verbi.
Ἴκνυον, lixivium, sapo, κόνιον, σμῆγμα, &c. apud Hesych.
Ἵκοι, occuparet, 3. sing. a. 2. opt. act. ἱκοίμην, οιο, οιτο, a. 2. opt. m. ἱκοίμεθα, 1. pl. a. 2. opt. m. verbi ἱκνέομαι, venio.
Ἱκοίμαν, Dor. pro ἱκοίμην, a. 2. opt. m. verbi ejusd.
Ἱκοίμην, a. 2. opt. m. vide in ἵκοι.
Ἵκομαι, venio: ab ἵκω, idem; quod usitatius.
Ἱκόμην, ου, ετο, veni, a. 2. ind. m. verbi ἱκνέομαι, venio, f. ἵξομαι, p. ἷγμαι, a. 2. part. m. ἱκόμενος.
Ἰκόνιον, ου, τὸ, pro εἰκόνιον, ICONIUM, nomen urbis, Gr. imaguncula.
Ἵκοντο, 3. pl. a. 2. ind. m. ἱκόμην, quod vide.
Ἵκου, præs. imperat. verb. inusitati ἵκομαι, Th. ἵκω, venio. Vel 2. sing. a. 2. ind. m. ἱκόμην, verbi ἱκνέομαι sed
Ἱκοῦ, est a. 2. imperat. m. verbi ἱκνέομαι, venio. a. 2. m. ἱκόμην, ου, ετο.
ἸΚΡΙ'ΟΝ, ου, τὸ, tabula, tabulatum: qu. ἀκρεῖον, quod εἰς ἄκρα, factum: vel ab ἱκνεῖσθαι, ire, super tabulatis enimitur. Eustath. scribit ἴκρειον.

Ἰκριοπηγὸς, qui tabulata conficit; unde in plur. ἰκριοπηγοὶ, tabularum coagmentatores: qui circa forum tabulata compingunt, &c. (qui etiam dicuntur ἰκριοποιοὶ, apud Poll. l. 7.) ab ἰκρίον, & præt. m. πέπηγα, unde πηγὸς, &c. Vide.

Ἰκριόφιν, nomen Poëtic. indeclinab. pro præced. ἰκρίον.

Ἶκταρ, adv. propè, celerrimè: ἀπὸ τοῦ ἰκνεῖσθαι.

Ἰκτάρα, ἐθνικῶς ἰχθὺς, Hesych. puto ab ἴκταρ· quia celeriter in aquis movetur.

Ἰκτεριάω, & ἰκτεριάω, ictero; seu aurigine laboro: i. e. felle suffusus sum, &c. Item ἰκτερίας λίθος, icterias lapis; colore scil. ἴκτερον, avem referens; Plin. l. 37. c. 10. Item ἰκτερόομαι, οῦμαι, tentor aurigine, corripior morbo regio, &c. omnia à seq. Them. ἴκτερος, V.

Ἰκτερικὸς, οῦ, ICTERICUS: ab

ἼΚΤΕΡΟΣ, ου, ὁ, morbus regius, ICTERUS: & pro ave galbula. Scribitur & ἰκτερός.

Ἰκτεριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ictericus, ictero laborans: Item ἰκτερώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ictero similis, icterum, seu, morbum regium denotans, & ictero, seu arquato laborans, &c. Utrumque à præced. Th. ἴκτερος, arquatus: item icterus avis, sic à colore, quippe concolore morbo regio; quæ avis, si spectetur, sanari id malum traditur, & ipsa mori, Oppian. & Plin. l. 30. c. 11.

Ἰκτήριος, per Syncop. pro ἱκετήριος; vi. Item ἴκτης, mendicus, advena; q. supplex; idem quod Them. ἱκέτης; vide.

Ἴκτηρ, ῆρος, ὁ, ἡ, supplex: ab ἱκέτης, supplex.

Ἰκτιδέος, ου, & per Aphær. κτιδέος, è mustela confectus: ab ἰκτὶς, mustela: per Aphær. κτὶς, ἰδος, ἡ.

ἸΚΤΙ'Ν, ῖνος, vel ἰκτῖνος, ου, ὁ, milvus: q. ab ἴκταρ, celerrimè.

ἸΚΤΙ'Σ, ίδος, ἡ, mustela sylvestris: est rapax: ut & ab ἰκτῖν esse possit.

Ἶκτο, 3. sing. plusq. p. verbi ἱκνέομαι, venio, f. ἵξομαι, a. 2. m ἱκόμην, p. ἵγμαι. Vel per Syncop. dicitur pro ἵκετο, 3. sing. a. 2. m. ejusd. verbi.

ἽΚΩ, venio, f. ἵξω, a. 1. ἷξα hinc ἱκάνω, Poët. idem.

Ἵκωμαι, a. 2. sub. m. verbi ἱκνέομαι, venio, a. 2. ἱκόμην.

Ἵκωντι, Dor. pro ἵκωσι, 3. pl. a. 2. sub. act. ab ἵκω, venio, f. ξω.

Ἰλαδὸν, turmatim, adv. ab ἴλη, agmen, turma: quod & εἴλη. Them. εἰλέω, congrego.

Ἵλαθι, propitius esto, præs. imperat. ab ἵλημι, unde & part. ἱλὰς. Alii verò volunt ἵλαθι, per Sync. dici pro ἱλάσθητι, a. 1. imperat. pass. verbi ἱλάσκομαι, propitium reddo, f. ἱλάσομαι, perf. pass. ἵλασμαι, σαι, σται. Them. ἱλάω, vel ἵλημι, f. ήσω, propitius sum.

Ἶλαι, αἱ, turmæ, plur. fœm. à sing. ἴλη; vide.

Ἱλάομαι, f. άσομαι, & Poëticè ἱλάσσομαι, active plerunque capitur pro propitium facio, propitio, placo; Il. β. Ver. 550. est ab activo ἱλάω, V.

Ἵλαος, ου, ὁ, & Att. ἵλεως, ω, propitius, hilaris: qu. ab ἕλη, splendor, qui se serenum exhibet. Th. ἱλάω.

Ἱλαρὸς, ά, όν, HILARIS, lætus: ab

Ἱλαρότης, ητος, ἡ, HILARITAS: ab eod. Th.

Ληναϊκὸς, & Ληναΐτης, idem quod ληναῖος, Bacchus, quoniam torcularibus, & vini expressioni præest; sic Ληναῖος, seu ληναϊκὸς ἀγὼν, apud Aristot. & Athen. Item Ληναῖον, ου, τὸ, lenæum festum, quod in honorem Lenæi Bacchi agitabatur; Item τὰ λήναια, idem omnia à Th. ληνὸς, V.

Ληναῖος, ου, LENÆUS, cognomen Bacchi: à ληνὸς; quod vide.

Ληναιῶνα, acc. sing. à

Ληναιὼν, ῶνος, ὁ, Januarius, quo Ethnici vina libabant Baccho. Th. ληνὸς, lacus torcularii preli.

ΛΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, lacus preli torcularii, ubi uvæ prelo exprimuntur: q. à λεαίνω, comminuo: sed

Λῆνος, εος, τὸ, lana, quia λεῖον, id est, molle.

Λῆξαν, Ion. pro ἔληξαν, 3. pl. aor. 1. act. λῆξαι, desiisse, a. 1. inf. λήξασθαι, a. 1. inf. m. &

Λήξεια, ας, ε, a. 1. opt. activ. Æol. verbi λήγω, cesso, f. ξω.

Ληξίαρχοι, magistratus quidam Athenis, qui tum alios, tum eos qui jam suæ tutelæ facti erant & jam poterant ἄρχειν τῶν λήξεων, i. e. hæreditatis paternæ (qui scil. jam tum erant aut ἐξούσιοι, h. e. sui juris, & de patrimonio poterant pro arbitratu statuere) in album civitatis inscribebant; nam paterna hæreditas λῆξις dicebatur, &c. vide Poll. unde ληξιαρχεῖον, est γραμματεῖον, εἰς ὃ τοὺς νόμους ἐνέγραφον; sicut in albo quoque leges Prætoris, & edicta quædam scribi solita fuisse, docet Turnebus; Item Ληξιαρχικὸν, liber in quem puerorum nomina, qui jam tutelæ suæ facti erant; παρὰ τὸ λήξεων ἄρχειν, εἰρημένον; i. e. τῶν κλήρων τῶν ἰδίων; ejus ἐγγραφῆς tempus erat pubertas, &c. Bud. ex Isæo, Demosth. & Æschyl. &c. ex λῆξις, & ἀρχὴ, quæ V.

Ληξιπύρετος, ου, ὁ, lexipyretus; id est, faciens cessare febrem, medicinæ Epith. quæ febres fugant; Sic Ληξοπύρετον scribitur etiam, pro medicamento finiente febrem; ex λῆξις, & πυρετὸς; quæ V.

Λῆξις, εως, vel ιος, ἡ; quies, cessatio: Item terminatio, à verbo λήγω; Item sortitio, sors, seu hæreditas, vel portio quæ sorte obtigit; id est, κλῆρος, vel πατρῷα ἐστία; Poll. à verbo λαγχάνω; q. v.

Ληπτέος, capiendus, petendus, sumendus, &c. Unde neut. ληπτέον, capiendum, vel sumendum est, capescendum: vel, aggrediendum est, &c. ut ἔργον ληπτέον, opus inchoandum est, seu incipiendum; Item ληπτὴς, οῦ, ὁ, qui capit, vel prehendit, capiens, prehendens, &c. Unde ληπτικὸς, οῦ, ὁ, ad capiendum, seu accipiendum proclivis: Item ληπτὸς, οῦ, ὁ, captus vel perceptus; aut qui capi percipive potest, sensilis, perceptibilis; ut τὰ ληπτὰ καὶ τὰ νοητὰ, in Epigram. omnia verbalia, à Them. λαμβάνω; quod

Ληραίνω, & ληρέω, ῶ, nugor, ineptio, deliro; ut apud Aristoph. in Nub. τί ληρεῖς; sic ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας, delirare, apud Luc. Unde Λήρημα, τὸ, nugamentum, deliramentum; & λήρησις, nugatio, deliratio, seu delirium, &c. omnia à seq. Th. λῆρος; V.

Ληρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, nugatorius, nugax, Arist. Rhet. 3. à præc. Th. λῆρος; V.

ΛΗ'ΡΟΣ,

ΛΗ͂ΡΟΣ, ου, ὁ, vel λῆροι, ων, οἱ, nugæ, ineptiæ, tricæ; hinc ληρέω, nugor. q. à λα & ῥέω.

Ληρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, nugatorius, nugax, Aristot. Rhet. 3. à præced. Th. λῆρος, V.

Λῇς, Dor. pro θέλῃς, velis; vide in λῶ.

Λήσεις, 2. sing. f. 1. act. &

Λήσεσθε, 2. pl. f. 1. m. verbi λήθω seu λανθάνω, lateo. f. λήσω. a. 2. ἔλαθον.

Λησιπαίγμων, ονος, ὁ, ἡ, qui ludi oblivionem inducit. Epith. Bacchi. ex λήθω, lateo, & παῖγμα. Sunt qui legunt λυσιπαίγμων, à λύω, solvo, & τὸ παῖγμα, ludus.

Λῆσις, εως, ἡ, voluntas, propositum, electio, &c. à Th. λῶ, λῆς, volo, &c. V.

Λήσμων, obliviosus, immemor; ex eod. cum seq. V.

Λησμοσύνη, ης, ἡ, oblivio: à λήθω, lateo.

Λήσομαι, obliviscar, f. 1. m. &

Λήσομεν, 1. pl. f. 1. act. à λήθω, seu λανθάνω, lateo. f. λήσω.

Λῆσος, stella splendida, in spina scorpionis; Hesych.

Λῃστάρχης, & λῄσταρχος, princeps prædonum, princeps latro; à seq. λῃστής, & ἀρχή; unde ἀρχός, &c. V.

Λῃστεία, ἡ, præda, latrocinium; h. e. ipsa prædandi, seu, prædas agendi actio, Aristot. Polit. 1. c. 5. Thuc. l. 1. à verbo λῃστεύω, prædor, i. e. prædonem ago, ex rapto vivo; item, λῃστήριος, ου, ὁ, prædatorius; idem quod λῃστικός; ut &, λῃστήριον, ου, τὸ, idem quod λῃστικόν, i. e. ipsi prædones, seu, prædatorum agmen; item, latrocinium, &c. Omnia, à seq. λῃστής, V.

Λῃστής, οῦ, ὁ, pro ληϊστής, latro. Th. λεία, ας, ἡ, præda.

Λῃστικός, οῦ, ὁ, prædatorius, ex rapto vivens, prædis, & latrociniis victitans, &c. Ut, λῃστικὸς βίος, prædatoria vita; & λῃστικὰ ἔθνη, gentes ex rapto viventes, apud Aristot. Polit. 1. & 8. Unde neut. λῃστικόν, τὸ, sub. σύστημα; dicuntur ipsi prædones, vel, prædonum agmen, Thuc. l. 1. & 2. Item, λῃστικῶς, more prædonum, prædatorio more, &c. Thuc. 6. &c. à præced. λῃστής, V.

Λῆστις, εως, ἡ, oblivio; à Th. λήθω, λήθομαι, vel λανθάνω, άνομαι, V.

Λῃστοκτόνος, prædonum interfector; Epigr. l. 2. à λῃστής & ἔκτονα; prat. med. verbi κτείνω, V.

Λῃστρικός, οῦ, ὁ, idem cum præced. λῃστικός; ut, λῃστρικὴ ναῦς, navis prædatoria; sic, λῃστρικοὶ dicuntur, qui latrocinia exercent; Plut. in Quæst. Rom. Item, λῃστρικός & λῃστρικῶς; idem quod λῃστικός & λῃστικῶς; quæ vide. Unde etiam, λῃστρίς, ίδος, ἡ, prædatoria, prædatrix, &c. Omnia, à λῃστής, V. Unde etiam, λῃστός, οῦ, ὁ, idem quod ληϊστός, qui prædando capi potest, &c.

Λήσταιν, latrina: puto, ubi latent λῃσταί.

Λησῶ, Dor. pro λήσω. f. 1. act. à λάω, ῶ, volo. vel à λήθω, lateo.

Λητοΐδης, ου, ὁ, Latonæ filius: à

ΛΗΤΩ', όος, οῦς, ἡ, LATONA, mater Apollinis. acc. Λητόα, ώ.

Ληφθείς, εῖσα, έν, captus, a. 1. part. pass. ληφθέντα, acc. sing. m. g. &

Ληφθῆναι, a. 1. inf. pass. à λαμβάνω, capio. f. λήψομαι. a. 2. ἔλαβον. a. 1. ind. pass. ἐλήφθην. a. 2. inf. m. λαβέσθαι.

Ληφθήτω, 3. sing. a. 1. imperat. pass. ab eod. verbo.

Λήχω, inusit. pro λαγχάνω, sortior.

Λῆψις, εως, ἡ, acceptio; cui scil. opponitur donatio; item, q. d. captio, vel, prehensio; prout capi dicitur, seu, prehendi, captivus, aut urbs; Luc. Plut. & Thuc. &c. Verbale, à λαμβάνω; quod vide in seq.

Λήψομαι, ῃ, εται, & in 1. pl. ληψόμεθα, f. 1. m. verbi λαμβάνω, quod vide. f 1. m. inf. λήψεσθαι.

Λία, pro λεία, præda. Gl. Cyr.

Λιάζομαι, exp. χωρίζομαι, ἀποχωρίζομαι, ἐκκλίνω, &c. Separo me, declino, devito, abscedo, secedo, &c. pass. à seq. act. λιάζω, V.

ΛΙΑ'ΖΩ, agito, jacto, separo, turbo. f. σω. p. κα. q. à λίαν. vide ἀλίασος.

Λιάμαθοι, i. e. οἱ αἰπόλοι, caprarii pastores; παρὰ τὸ λίαν ἀμαθεῖς, sive, ἀπὸ τοῦ λίαν εἶναι ἀμαθεῖς, ex λίαν & ἀμαθής; quod vide. Item, λιάμαθος, admodum arenosus; ex λίαν & ἄμαθος; idem quod ψάμαθος, &c. Vide.

ΛΙ'ΑΝ, valde, admodum. q. à λάω, volo.

Λιαρός, ὰ, ὸν, tepidus, pro χλιαρός.

Λίασμα, ατος, τὸ, fomentum, seu, medicamentum tepidum; pro χλίασμα, quod vide.

Λιβάδιον, ου, τὸ, locus irriguus; vel, herbidus; item, pratum; item, centaurium minus, quoniam secundum fontes nascitur; Plin. l. 25. c. 6. Item, λιβάζω, stillo, gutto, &c. Utrumque, à λιβάς, άδος, quod vide.

Λιβανικός, thureus, thus referens, &c. à seq. Th. λίβανος, V.

ΛΙ'ΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, LIBANUS, Syriæ mons, thus.

Λιβανόω, thure aspergo, vel, condio, thus misceo; &c. 3. Maccab. à præced. Th. λίβανος, V. Unde etiam, λιβανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, thuris modo odoratus, thus referens, thureus, &c. Item, λιβανοτίζω, thus adoleo; & λιβανωτίς, rosmarius; quoniam ejus radix ὄζει λιβάνου; ut Diosc. tradit, l. 3. c. 87. Utrumque, à seq. λιβανωτός, V.

Λιβανόμαντις, qui, vel quæ è thure incenso vaticinatur; ex λίβανος & μάντις; V. Sic, λιβανοπώλης, qui thus vendit; ex λίβανος & πώλης; V. Λιβανωτοπώλης, idem; unde, λιβανωτοπωλέω, thus vendo; à seq. λιβανωτός & πωλέω, &c. V.

Λιβανωτός, οῦ, ὁ, & λιβανωτόν, οῦ, τὸ, thus, thuribulum: à præced.

Λιβανωτρίς, thurea planta, Plut. à præced. λιβανωτός, V.

Λιβανωτοφόρος, thurifer; à λιβανωτός, & φόρος, &c. Vide.

Λιβάς, άδος, ἡ, gutta: à λείβω, fundo.

Λιβερτῖνος, ου, ὁ, libertinus, nomen sectæ.

Λίβηθρον, τὸ, incilis fossa, aquæ ductus; idem quod λείβηθρον, quod etiam usitatius est, & receptius; item, λιβηρός, οῦ, ὁ, humidus; stillans; utrumque, à λίβος, τὸ, V.

Λιβόνοτος, ου, ὁ, LIBONOTUS, ventus qui spirat inter Africum & Austrum; ex λίψ, βός, ὁ, libs, quod à λείβω, fundo, & νότος, notus.

Λίβος, εος, τὸ, gutta, stilla; item, stillatio humoris ex oculis, apud Hippocr. Item, Λιβρός, οῦ, ὁ, humidus; item tenebricosus, niger; utrumque, à λίβω; idem quod Th. λείβω; V. Unde etiam, λίβιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, stillatitius, stillans, &c.

Λιβύαθεν, adv. ἀπὸ τῆς Λιβύης. Dor. pro Λιβύηθεν.

Λιβύη, ης, ἡ, LIBYA. Λίβυσσα, LIBYSSA. Λίβυς ἀνήρ, vir ex Libyâ, Afer, Pœnus.

Λιβυκός, Africus, Punicus; à λίβυς, præced. V.

Λίβυρνον, ου, τὸ, Liburnum, species navigioli: à Liburnis, Illyridis populo.

Λίβω, fut. ψω, libo, fundo, idem quod, & à Th. λείβω, V. Galenus autem, λίβειν, propriè dicit significare, τὸ στάζειν.

Λίγα, stridulè, argutè, pro λιγέα. Hesychius.

Λιγαίνω, oblecto, propriè arguto sono: vocis acutum edere sonum: à λιγύς.

Λίγδα, cos, pulvis, q. à λεῖος, glaber.

ΛΙ'ΓΓΩ, strideo, stridorem edo. f. ξω. hinc λιγύς, ύος, stridulus, argutus. λιγυρός, οῦ, idem.

Λιγδεύω, sonum reddo feriendo superficiem; à seq. Th. λίγδην, strictim, superficie; i. e. superficiem tantum perstringendo; in superficie tantum; leviter, &c. V.

ΛΙ'ΓΔΗΝ, strictim, adv. q. à λίζω.

ΛΙ'ΓΔΟΣ, pila, mortarium, item fornacula, in qua constant metalla.

Λιγέα, acc. pl. n. g. à λιγύς, εῖα, ύ.

Λιγεᾶν, Dor. pro λιγεῶν, gen. pl. &

Λιγείῃ, canoræ, dat. sing. f. g. à λιγύς, εῖα, ύ, stridulus, a, um. Them. λίγγω, strideo.

Λιγέως, stridulè, adv. à λιγύς. quod vide.

Λίγνα, τὰ, vestis ornamenta interna; Pollux ea dicit esse omnia, quæ sunt à parte interiore vestis.

Λιγνυόεις, εντος, ὁ, fuliginosus; item, λιγνυώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem, utrumque, à seq. Th. λιγνύς, vide.

ΛΙΓΝΥ'Σ, ύος, ἡ, fuligo, fumus, flamma.

ΛΙΓΝΩΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, pingui similis.

Λίγξε, sonuit, pro ἔλιγξε, 3. sing. a. 1. act. verbi λίγγω, strideo, f. ξω.

Λιγυηχής, stridulum, seu, canorum resonans, argutum tinniens; ut κιθάρη

λιγυηχὴς, in Epigr. ex λιγὺς & ἠχὴ, idem quod ἦχος; V. Sic, λιγύθροος, & λιγυρόθροος, q. d. argutisonus, ut λιγύθροος ἠχὴ, Dion. Alex. ex λιγὺς & θρέω; unde θρόος, &c. V. Item, λιγύμολπος, suaviter canens; Hom. Hymn. in Pana; à Th. μέλπω, unde μολπὴ, V. Sic, λιγύμοχθος, stridulâ voce, seu, cantu laborans, &c. à Th. μόχθος, V. item, λιγύμυθος, qui stridulâ, aut canorâ voce loquitur; Lusciniæ Epith. à Th. μῦθος, V. Sic etiam, λιγυπνείων, οντος, ὁ, dulce spirans; argutum, seu, stridulum flatu sonum reddens, Od. δ. Item, λιγύπνοος; idem; ut &, λιγύπνοος, Poeticè λιγύπνοος, idem quod λιγυπνείων, stridulum, i. e. leniter flans; à Th. πνέω, unde πνοὴ & πνόος, &c. V. Comp. ut reliqua anteced. cum λιγὺς, V.

Λιγυρῆ, pro λιγυρῇ, suavi, dat. sing. f. g. &

Λιγυρῇσι, dat. pl. f. g. Ion. à

Λιγυρὸς, ὰ, ὸν, idem quod λιγὺς, stridulus. Th λίζω, strideo.

Λιγυρίζω, cano, vel potiùs, argutè & concinnè cano, ut λιγαίνω; à λιγὺς, ύος, ὁ, stridulus; unde etiam, λιγυρὸς, ᾶ, ὸ, argutum stridens; i. e. λιγὺς, argutus; interdum & canorus, jucundus, &c. Epitheton est venti, cantûs, & vocis apud Hom. Unde etiam, λιγυρῶς, stridulè, idem quod λιγέως, argutè, seu, arguto cum stridore; item, in bonam partem, argutè, i. e. sonorè, suaviter, &c. Il. γ. pro quo λιγέως, Poëtæ dicunt λιγὺ & λιγέα, nec non λίγα, pro λιγέα; factâ Syncope; omnia, à Th. λίζω; sed λίγυρον, sive λιγύριον, dictum putant ligurium lapidem, Joseph. de Antiq. Jud. à Th. λίγυς, ligus, uris; & plur. λίγυες, ligures; gens ejus regionis Italicæ, quæ ab ipsis dicitur λιγυρία, Liguria.

ΛΙ'ΓΥΣ, υος, ὁ, ἡ, Ligur, qui ex Liguria. Hinc Λιγυστικὸς, ῆ, Ligusticus. sed

Λιγὺς, εῖα, ὺ, stridulus, a, um, sonorus, suavis: à λίζω, strideo.

Λιγυστικὸς, Ligusticus; ut, λιγυστικὸν πέλαγος, mare Ligusticum; item, λιγυστικὸν, Ligusticum; herba sic appellata, quod, in Liguria ut plurimum reperiatur, in Appennino scil. monte; teste Diosc. l. 3. c. 58. Sic etiam, λίγυστις, ιδος, ἡ, fœmina Ligur, Ligustica, Euryp. Omnia, à Th. λίγυς, Ligur, &c. V.

Λιγυφθόγγοισι, sonorâ voce præditis, dat. pl. Ion. à

Λιγύφθογγος, ου, ὁ, ἡ, stridulam vel suavem vocem habens, argutus; ex λιγὺς, stridulus, quod à λίζω, strideo, & φθόγγη, sonus. Them. φθέγγομαι, loquor. p. m. ἔφθογγα.

Λιγύφωνος, ου, ὁ, ἡ, argutus; ex λιγὺς, stridulus & φωνὴ, vox.

Λίην Ion. pro λίαν, valde, adv.

Λιθάζω, lapido, cum acc. f. άσω. a. 1. ἐλίθασα. a. 1. sub. λιθάζω, ῃς, ῃ. a. 1. inf. λιθάσαι, perf. act. λελίθακα. perf. pass. λελίθασμαι. a. 1. pass. ἐλιθάσθην. Th. λίθος, lapis.

Λίθαξ, ακος, ὁ, lapillus, petra aspera; item adjective, lapidosus: à λίθος.

Λιθάργυρος, ου, ὁ, spuma argenti; medicamentum metallicum, sponte quidem non nascens, sed in secundis fornacibus emergens, dum plumbum, vel, ejus arena, ab argento, aut, auro secernitur; vide Diosc. l. 5. c. 102. & l. 6. c. 27. à λίθος & ἄργυρος, ὁ, V. Unde etiam, λιθαργύριον; quod exp. ποδονιπτὴρ, id V.

Λιθάριον, ου, τὸ, lapillus Theophr. Hist. Pl. l. 3. diminut. à Th. λίθος, V.

Λιθὰς, άδος, ἡ, lapillus, lapis. Th. λίθος, item.

Λιθάσας, αντος, a. 1. part. act. &

Λιθασθῶσιν, 3. pl. a. 1. sub. pass. verbi λιθάζω, quod vide.

Λιθάσωσιν, 3. pl. a. 1. sub. act. ejusdem verbi.

Λιθεία vel λιθία, massa auri, preciositas auri. &

Λίθεα, luxus, luxuries, ubertas. q. ex λίαν & θὶς, acervus.

Λίθειος, & λίθεος, ου, ὁ, lapideus, saxeus, Il. ψ. Od. ν. à Th. λίθος, V. Unde etiam, λιθία, pro effossione lapidum, aut, pro copia lapidum; item, λιθιακὰ, τὰ, sub. γράμματα; liber de lapidibus tractans; seu, opus de lapidibus scriptum; ut, liber Orphei περὶ λίθων, &c. Item, λιθιάω, ῶ, calculo laboro; unde verbale, λιθίασις, ιος, ἡ, calculi generatio in vesica; seu, calculus morbus in renibus aut vesica; dicitur & in oculis morbus, exteriori palpebrarum parte, ubi alba quædam & crassa calculis, aut, lapillis similia apparent, oculum pungentia, &c. Item, λιθίζω, lapidem refero, seu, imitor; in lapidem colore vergo, &c. Omnia, ut dict. à Th. λίθος, V.

Λιθίδιον, ου, τὸ, parvus lapis; diminut. à λίθος.

Λίθινος, η, ον, lapideus, a, um. Th. λίθος, lapis.

Λιθίνως, ad instar lapidis, seu, saxi, adv. à præced. λίθινος; & Th. λίθος, V. Unde etiam, λιθὶς, ίδος, ἡ, lapillus, &c.

Λιθόβλητος, lapidibus petitus, seu, impetitus; in Epigr. l. 1. At λιθόβλητος εὐστοχία, de jactu lapidum, quasi collimante, seu, de collimatione cum jactu lapidum facta; ex λίθος & βάλλω, cujus composita varia in βλητος, desinunt.

Λιθοβολέω, lapido; cum acc. imperf. ἐλιθοβόλεον, ουν. f. ήσω. a. 1. ἐλιθοβόλησα. a. 1. inf. λιθοβολῆσαι, a. 1. part. act. λιθοβολήσας, αντος, perf. act. λελιθοβόληκα. f. 1. pass. λιθοβοληθήσομαι· ex λίθος, lapis, & βάλλω, jacio. p. m. βέβολα.

Λιθοβόλος, lapides jaculans, lapidibus impetens, &c. Ut, λιθοβόλος μηχανὴ, apud Jos. machina lapides ejaculans, & λιθοβόλος ἄνθρωπος; qui lapides jacit; ex iisd. cum præced. V. Item, λιθογλυφὴς, in lapide insculptus; & λιθογλύφος, qui lapides scalpit, seu, incidit; statuarius, &c. Luc. ex λίθος & γλύφω; unde γλυφὴ, &c. V. Sic etiam, λιθόδενδρον, dicitur à quibusdam corrallium, Diosc. ex λίθος & δένδρον, V. Item, λιθοδερκὴς Γοργὼ, in Epigr. quasi lapideo aspectu; ex λίθος & δέρκω; item, λιθόδερμος, pelle lapidea tectus; corio munitus, cujus durities propemodum lapidea; dicitur & de hominibus apud Aristot. in principio Rhet. à δέρμα, τὸ, V. Item, λιθοδόμος, faber, seu, architectus lapidiarius; qui ex lapidibus ædificia struere novit, Xen. Pæd. 3. à δομὴ, seu, δόμος, vel, δομέω, &c. Quæ vide.

Λιθοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, lapidis speciem gerens; ab εἶδος, τὸ, V. Λιθοθλάω, lapidem, aut, lapides frango; vel, lapide confringo; à Th. θλάω, V. Λιθοκάρδιος, qui lapideo corde est; cui cor saxeum est; à Th. καρδία, V. Λιθοκέφαλος, lapideo & duro capite præditus; à Th. κεφαλὴ, V. Λιθοκόλλα, glutinum quo lapides ferruminantur, & conglutinantur, Diosc. Unde λιθοκόλλητος, ex lapidibus conglutinatus, & compactus; item, cui lapides pretiosi agglutinati sunt; gemmis & lapillis distinctus, ac picturatus; unde λιθοκόλλητοι στέφανοι, gemmis contextæ coronæ, &c. à Th. κολλα, V. Item, λιθοκόπος, lapicîda, latomus; Poll. Unde, λιθοκοπία, ictus lapide factus, Suid. à Th. κόπτω, unde κοπὴ, ἡ, comp. ut reliqua anteced. cum Th. λίθος, V.

Λιθόλευστος, ου, ὁ, ἡ, lapidibus obrutus: ex λίθος & λεύω, lapido. Th. λᾶας, lapis.

Λιθολεύστης, ου, ὁ, lapidator; & λιθολευστῶ; item, λιθολεύω, lapidibus obruo, jactu lapidum incesso, &c. Omnia ex iisd. cum præced. λιθόλευστος, lapidatus; vel, per lapidationem factus; &c. V.

Λιθολόγος, ου, ὁ, qui lapides legit, seu, colligit, vel etiam, seligit operi idoneos; Thuc. l. 7. Unde λιθολογέω, ῶ, lapides lego, seu, seligo operi idoneos; unde verbale, λιθολόγημα, ex lectis lapidibus constructum ædificium, &c. Ex λίθος & λόγος; à Th. λέγω, colligo, V.

Λιθοξοϊκὸν ἐργαλεῖον, instrumentum radendis & scalpendis lapidibus idoneum; ut bipennis, &c. Ex iisd. cum seq. λιθοξόος, V.

Λιθοξόος, ου, ὁ, lapicida, statuarius, qui lapides polit: ex λίθος & ξέω, rado, polio.

Λιθοποιὸς, calculum gignens; ut λιθοποιὸς χυμὸς, humor unde gignuntur calculi; ex λίθος & ποιέω, V. Sic, λιθόρρινος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapidea pelle tectus, corio munitus, cujus durities est fere lapidea; Plut. Symp. 1. ex λίθος & ῥινὸς, V. Unde λιθόρρινοι, οἱ, pisces, ὀστρακόδερμοι, testâ obtecti; quasi sacceo tergore muniti; apud Empedoclem.

Λιθόομαι, οῦμαι, in lapidem vertor, & indurefco; lapis fio, &c. Est pass. ab act. λιθόω, V.

ΛΙ'ΘΟΣ, ου, ὁ, ἡ, lapis, saxum. dat. pl. Ion. λίθοισι. Hinc λίθεος, lapideus, λιθάζω, lapido.

Λιθοσόο⊛, & λιθόσσο⊛, lapidum jactu fugans; lapidator, qui lapides jacit, Nonn. ex λίθ⊛; & verbo σεύω, cieo, agito, concito; unde σόω, in fugam conjicio; in paſſ. σόομαι, in fugam conjicior, &c. V.

Λιθόσπερμον, τὸ, Lithoſpermum; herba ſic dicta, ob ſeminis lapideam duritiem, de qua Dioſc. l. 3. c. 58. Ex λίθ⊛ & σπέρμα, τὸ, V.

Λιθόστρωτ⊛, ȣ, ὁ, ἡ, lapidibus ſtratus: ex λίθ⊛, lapis, & στρωτὸς, ſtratus, quod à στρώννυμι. Th. στορέω, ſterno.

Λιθοτομίαι, αἱ, lapicidinæ: ex λίθ⊛, & τέμνω, ſeco. p. m. τέτομα.

Λιθοτομίας, & λιθοτόμ⊛, idem cum λατόμ⊛, lapicida; item, chirurgus calculum exſcindens, ſed λιθότομ⊛, inciſus à lapide; cui calculus, vel, calculi exempti; unde λιθοτομία, ἡ, idem quod λατομία, lapidicina, latomia, &c. Omnia, ex iiſd. cum præced. V. Λιθοτριβικὴ, ars lapides elaborantium, ad operum ornamenta; apud Suid. Ex λίθ⊛ & τρίβω, &c. V. Item, λιθουλκοὶ, qui lapides trahunt, ſeu, extrahunt è lapidicinis, Plin. exemptores vocat, l. 36. c. 15. Unde, λιθουλκέω, lapides traho, ſeu, extraho, & eximo; item, ægrè traho, veluti ponderoſum ſaxum; Heſych. ex λίθ⊛ & ἕλκω; unde ὁλκὴ & ὁλκ⊛, &c. V. Sic λιθουργὸς, qui lapides elaborat; faber qui lapides ſcalpit & operi aptat; unde, λιθουργικὴ, peritia eximendorum lapidum; item, λιθουργέω, lapides elaboro; item, in lapides verto, ex λίθ⊛ & ἔργον, τὸ, vide.

Λιθόω, ῶ, in lapidem verto, lapidem facio; à Th. λίθ⊛, V.

Λιθοφορέω, ῶ, lapides fero; ex Thucyd. à λίθ⊛ & φέρω; unde φορέω, &c. V.

Λιθώδης, ε⊛, ὁ κ) ἡ, lapidoſus, ſaxoſus; lapideus; ut λιθώδης νηὸς, apud Nonn. Unde, λιθωδία, ἡ, ſaxoſitas; item, ſaxea durities; utrumque à Th. λίθ⊛, V.

Λιθωμότης, ȣ, ὁ, qui ad lapidem jurat: ex λίθ⊛ & ὄμνυμι ſeu ὀμόω, juro.

Λιθωπὴς, ἑ⊛, lapideos oculos habens; ex λίθ⊛ & ὤψ, ὠπὸς, V.

Λίθωσις, εως, ἡ, mutatio in naturam ſaxeam: à λιθόω, in lapidem verto. Th. λίθ⊛, lapis.

Λικερτίζω, ſalto immodeſtè: ex λίαν & σκιρτῶ.

ΛΙ'ΚΙΓΞ, minima & exiliſſima avis vox. q. à λίζω, ſtrideo.

Λικμάζειν, Heſychio eſt περιέχειν, continere, comprehendere; vel, idem quod ſeq. λικμάω, id V.

Λικμάω, ventilo, diſſipo: f. ήσω. p. λελίκμηκα. Th. λικμὸς, ventilabrum.

Λικμήσει, 3. ſing. f. 1. verbi præced.

Λικμητὴρ, ῆρ⊛, ὁ, & λικμητὴς, ȣ̃, ὁ, ventilator: à λικμάω.

Λικμητήριον, ȣ, τὸ, ventilabrum, vannus; id quo fruges purgari ſolent ab aceribus, & paleis; ſic, λικμητηρὶς, ἰδ⊛, ἡ, idem, ventilabrum, τὸ πτύον; item, qualus, i. e. vas quo percolatur fæx, ſive vini, ſive olei, h. e. amurca; utrumque, à præced. λικμητὴρ, & eod. Th. λικμὸς, V. Unde etiam λικμίζω; idem quod λικμάω, ῶ, ventilabro ſeu vanno purgo, vanno; item, cribro, &c. V.

ΛΙΚΜΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, ventilabrum, vannus.

Λικμοφόρ⊛, vannum ferens, ut olim, ad ſacra Bacchi, ferebatur, ab hominibus infimæ ſortis; unde etiam dictum eſt de homine abjecto; à præced. Th. λικμὸς & φορὸς, &c. V.

Λικμώντων, gen. pl. part. præſ. act. verbi λικμάω, ventilo: quod vide.

Λικνίτης, Bacchi Epitheton; ab incunabulis puerorum, quæ olim λίκνα, dicebantur; à ſeq. λίκνον, τὸ, vide.

Λικνοειδὴς, vanno ſimilis; ſordidus; à ſeq. λίκνον & εἶδ⊛, τὸ, V.

Λίκνον, ȣ, τὸ, idem quod λικμὸς, vannus: q. λεῖον κανοῦν, plana corbis. Vel à λίαν κινεῖν, quia valde agitatur.

Λικνοστεφὴς, ornamento Bacchico redimitus; à λίκνον, τὸ, vannus; cribrum; caniſtrum; item, ornamentum Bacchicum, ex Epigr. & στέφω; unde στέφ⊛, τὸ, V. Sic, λικνοφόρ⊛, pro λικμοφόρ⊛, qui λίκνον, ſeu, λικμὸν, fert; Demoſth. Unde λικνοφορέω, geſto λίκνον, Athen. l. 11. Ex λίκνον & φέρω; unde φορὸς, & φορέω, &c. Vide.

Λικριφὶς, adv. obliquè: à λίχρι⊛, obliquus.

Λικροὶ, οἱ, rami cervinorum cornuum. q. à λὶξ & κέρας.

Λίκτης, linctor: qu. λείκτης, à λείχω, lingo.

ΛΙΛΑΙ'ΟΜΑΙ, Poët. cupio, feſtino, λιλαίεαι, Ion. pro λιλαίῃ.

Λιμαγχέω, ῶ, inediâ neco, q. d. fame ſtrangulo; idem quod ſeq. λιμαγχονῶ, & ex iiſd. id V.

Λιμαγχονάω & έω, fame neco, ango, & affligo fame; ex λιμὸς, fames, & ἀγχονάω. Th. ἄγχω, ſtrangulo.

Λιμαίνω, f. ανῶ, fame laboro. Th. λιμὸς, fames.

Λιμβρὸς, ȣ̃, ὁ, Suidæ & Etymologo, ὁ σκοτεινὸς, tenebroſus; Epitheton noctis; nam Etym. λιβρὴν eſſe dicit τὴν λίαν ὀρεβεννὴν, ſed addit, per Syncopen etiam dict. videri poſſe pro λιβηρὰν; παρὰ τὴν λιβάδα, διὰ τὸ ἔνδροσον τῆς νυκτός; ut μ. inſertum fuerit ad ſonum pleniorem; ut in κόμπ⊛, & ſimilibus.

Λιμενάρχης, portus, ſeu, portuum præfectus, qui præeſt portui, ſeu, portubus; unde, λιμεναρχία, portûs, ſeu, portuum præfectura; munus ejus, qui eſt portûs, ſeu portuum præfectus; à λιμὴν, ἐν⊛; & ἀρχὴ, V. Sic, λιμενοῦχ⊛; ſeu λιμενίοχ⊛, qui à portu continetur; ſed λιμενόχ⊛, vel, λιμενιόχ⊛, qui portum continet; Apoll. Arg. 2. ex λιμὴν, ἐν⊛; & ἔχω; cujus varia compoſita, in οχ⊛ terminantur.

Λιμενίζω, ſum in portu; λιμένιον, & λιμενίσκιον, ȣ, τὸ, diminut. q. d. portulus, parvus portus; item, λιμενίτης, ȣ, ὁ, in portu verſans; qui portum incolit; quâ ſignif. dicitur fœm. λιμενῖτις φυκὶς, in Epigr. &c. Omnia, à Th. λιμὴν, ἐν⊛, ὁ, V.

Λιμενορμίτης, ȣ, ὁ, qui ad portum applicare facit, & applicat; in Epigr. ex λιμὴν, ἐν⊛; & ὅρμ⊛; unde, ὁρμίζω, &c. V. Sic, λιμενοσκόπ⊛, portuum inſpector; ex λιμὴν, ἐν⊛; & σκοπὸς, V. Item, λιμενοφύλαξ; portûs, ſeu, portuum cuſtos; unde λιμενοφυλακία, ἡ, munus cuſtodiendi portus, Ariſtot. ex λιμὴν, ἐν⊛; & φύλαξ, ακος, &c. V.

ΛΙΜΗ'Ν, ἐν⊛, ὁ, portus: acc. λιμένα. q. λίαν μένει, quod ibi naves tutæ conquieſcant, hinc λιμενάρχης, portitor, qui portui præeſt.

Λιμηρὸς, pro λιμενηρὸς, portuoſus; ſic dicta fuit Epidaurus, urbs; teſt. Heſych. Suid. &c. à λιμὴν, ἐν⊛, ὁ, V. Item, λειμήρη, dicuntur quæ ad portum, aut, ad pratum pertinent; Etym. per Sync. vel pro λιμενήρη, vel, pro λειμωνήρη; à Th. λιμὴν, vel, λειμὼν, quæ V.

Λιμηρὸς, ȣ̃, famelicus, à λιμὸς, fames.

Λίμνα, ſtagnum, mare, oceanus; idem quod Th. λίμνη, ἡ, V. Pro quo etiam, Poëticè, per Paragogen dicitur λιμνάχα, lacus, &c. Unde etiam, λιμνάζω, ſtagno, reſtagno; & λιμναῖ⊛, vel, λιμνήτης, ȣ, ὁ, paluſter, lacuſter; lacuſtris, aquatilis, paluſtris, &c. Item, λιμνακίδες, αἱ, Deæ aquarum, &c. Omnia, ut dict. à ſeq. Th. λίμνη, V.

Λιμνὰς, άδ⊛, ἡ, & λιμνῆτις, ἰδ⊛, ἡ, lacuſtris, paluſtris. Th. λίμνη, palus.

Λιμνάτης, Dor. pro λιμνήτης, vide in præced.

ΛΙ'ΜΝΗ, ης, ἡ, ſtagnum, palus: q. à λίαν μένει, ſcil. τὸ ὕδωρ, ubi aqua manet, & non movetur.

Λιμνήσι⊛, ȣ, ὁ, nomen Ranæ: à λίμνη, lacus.

Λιμνήτης & λιμνῆτις, videantur ſuprà, in λίμνα & λιμνάς.

Λιμνοθάλαττα, ἡ, ſtagnum maritimum, vel, lacus maritimus; apud Ariſtot. de Hiſt. Anim. l. 8. Ex λίμνη & θάλασσα, ſeu, θάλαττα, &c. V.

Λιμνόομαι, ȣ̃μαι, in paludem, ſeu, lacum abeo, & exundo, ſeu, redundo, &c. à Th. λίμνη, V.

Λιμνομάχαι παῖδες, dicebantur pueri pugillatu certantes, in loco, qui λίμναι vocabatur, Heſych. à λίμνη & μάχη, V. Sic, λιμνόστρεα, τὰ, q. d. paludis, ſeu, paludum oſtrea; Ariſtot. de gener. An. l. 3. ex λίμνη; & ὄστρεον, τὸ, V. Item, λιμνουργὸς, qui circa paludes opus facit; ut, qui eas purgat; ex λίμνη; & ἔργον, τὸ, V. Sic, λιμνοφυὴς, in palude, ſeu, ſtagno natus, vel, ortus; ut λιμνοφυὴς δόναξ, arundo paluſtris, in Epigr. ex λίμνη & φύω, ſive, φυὴ, &c. V. Item, λιμνοχαρὴς, paludibus gaudens, in Batrachom. ex iiſd. cum ſeq. V.

Λιμνόχαρις, nomen Ranæ; ex λίμνη & χαίρω, gaudeo.

Λιμνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, paludosus; exp. & paludem imitans; apud Plut. de Socr. Dæm. Unde neut. λιμνῶδες, τὸ, restagnatio; à Th. λίμνη, V.

Λιμοδωριεῖς, οἱ, qui fame urgente, aliquò demigrant; à Doriensibus, qui è Peloponneso fugerent, annonæ inopiâ, sumpta vox est; vide Ch.l. Erasm. Unde verbum λιμοδωριέω, fame compulsus, aliquò demigro; à Th. λιμὸς, V.

Λιμοκίμβιξ, qui ad famem usque parcus est, seu, sordidus, vel, quem sordes ad tolerandam famem impellunt, seu, ad suum defraudandum genium, &c. à λιμὸς & κίμβιξ, &c. V. Sic, λιμοκτόνος, fame necans; famem mortiferam afferens; unde verbum, λιμοκτονέω, ῶ, fame neco, vel, conficio: Gal. λιμοκτονία; q. d. cædes quæ fit per famem; apud Plut. pro summa & exitiali inedia à Medico imperata; ut & apud Aphr. Probl. l. 1. exp. summa fames, seu, esuritio; à λιμὸς & ἔκτονα, præt. med. verbi κτείνω, V.

ΛΙΜΟ'Σ, ῦ, ὁ, & Dor. ἡ, fames: homo sordidus: qu. à λείπω, deficio. Hinc λιμαίνω, esurio: λιμώττω, idem: βούλιμος, ου, ὁ, & βουλιμία, ας, ἡ, ingens fames.

Λιμόψωρος, scabies, & strigositas, quâ animantia in fame corripiuntur, Suid. Ex λιμὸς & ψώρα, ἡ, vide.

Λιμπάνω, linquo: à λείπω, idem.

Λιμφεύειν, decipere: à

Λιμφὸς, sycophanta; delator rerum contra leges admissarum; Hesych.

Λιμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, famelicus, vel, tolerandæ fami obnoxius; Plut. Symp. 7. Athen. l. 6. à Th. λιμὸς, V.

Λιμώττω, f. ώξω, p. ωχα, esurio. Th. λιμὸς, fames.

Λιμώττων, οντος, præs. part. præced.

Λινάριον, ου, τὸ, & λινίσκος, ου, ὁ, funiculus, parvum filum; diminutiva, à Th. λίνον, τὸ, V. Unde etiam, λίνεος & λίνεος, ου, sive, λινοῦς, ῦ, ὁ, lineus; ut, λινοῦς χιτὼν & λινοῦν χιτώνιον; sic λινοῦν ἱμάτιον, & in plur. λινᾶ ἱμάτια; Alex. Aphr. Item, λίνεος μίτος, lineum stamen, apud Suid. &c.

Λινεργὴς, ex lino factus; ut, λινεργὴς ἱστὸς, tela linea, &c. Ex λίνον & ἔργον, τὸ, V.

Λινεύς, εος, ὁ, mugil, piscis; Hesych.

Λινίσκος, vide supra in λινάριον.

Λινόδεσμος, ex lino vinculum habens seu lineum, aut ex filo; vel, vinculum lineum, &c. Item, λινόδετος, lino vinctus, apud Aristoph. In Nub. Ex λίνον, τὸ, & δέω; unde δεσμὸς, & δετὸς, &c. V. Item, λινόδρυς, quibusdam dicta quæ alio nomine χαμαίδρυς; (id vide) teste Diosc. Ex λίνον, τὸ, & δρῦς, V.

Λινοθώρηξ ηκος, ὁ, ἡ, thoracem habens lineum; ex λίνον & θώρηξ, Ion. pro θώραξ, thorax, pectus.

Λινοκαλάμη, lini stipula; λινοκαλάμη, Jos. 2. 6.

Λινοκάρυκες, οἱ, retia & lina vendentes; pro λινοκήρυκες, ex λίνον; & κήρυξ, υκος, V. Item, λινόκλωστος, ut, ἠλακάτα λινόκλωστος; in Epigr. colus in qua netur linum; ex λίνον; & Th. κλώθω, V. Unde κλωστὸς, &c. V. Sic, λινόκροκος, ex lino textus, & croceo colore tinctus, vel, imbutus; Euryp. ex λίνον, & κρόκος, ὁ, sive κρόκιον, τὸ, V.

ΛΙ'ΝΟΝ, ου, τὸ, LINUM, chorda: q. λεῖνον, hinc λίνεος, ῦς, λινέη, ῆ, λίνεον, ῦν, LINEUS, A, UM. λινουργὸς, lini textor: & hinc Angl. **Line** & **Linen**.

Λινοπλόκος, retia plicans, seu, complicans; piscator; ex λίνον, & πέπλοχα, præt. med. verbi πλέκω; unde πλοκὴ, &c. V. Sic, λινοπλωύας, ου, ὁ, q. d. lini lotor; & λινοπλυνὴς, q. d. lino lotus, i. e. lino loto contextus; ex λίνον; & πλύνω, &c. V.

Λινοπόρος, per linum transiens; ut, λινοπόροις αὔραις, velivolis ventis; apud Euryp. in Iphig. Taur. ex λίνον; & πείρω; unde πόρος, &c. V. Sic, λινόπτερος, lineas habens alas; item, navis Epitheton: ex λίνον & πτέρον, τὸ, V. Item, λινόπτης, qui retia speculatur; qui venatoriis retibus adstans, diligenter observat an feræ in ea incidant, Aristot. & Poll. unde, λινοπτάζω, λινοπτάω, & λινοπτάομαι, ῶ, ῶμαι; retia speculor, defixos in retia oculos habeo; ex λίνον & ὄπτομαι, cujus varia composita in όπτης desinunt.

Λῖνος, ου, ὁ, LINUS: nomen viri.

Λινόσαρκος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. lineam carnem habens; i. e. ex lino; ut, λινόσαρκοι πεταλίδες, apud Antiphanem, i. e. tenues & molles; ut exp. Eust. ex λίνον & σὰρξ, κὸς, ἡ, V. Item, λινοστασία, exp. retium collocatio; & in Epigr. exp. laqueus; quòd fixus stet; sic, λινοστατεῖσθαι; illaqueari, in casses incidere; apud Plat. ex λίνον & ἵσταμαι, unde στάσις & στατὸς, &c. V. Sic etiam, λινοστολία, amictus lineus; Plut. ex λίνον & στέλλω; unde στολὴ, &c. V. Item, λινουργὸς, qui linum elaborat, seu, apparat; unde λινουργία, lini apparatio, seu, confectio, & elaboratio; ex λίνον & ἔργον, τὸ, V. Item, λινοχίτων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, lineam tunicam, vel, vestem indutus; ex λίνον & χίτων, V. Sic, λινοχλαίνης, i. e. ὁ λίνου χλαῖναν ἔχων; Dionys. de situ orbis.

Λινόω, ῶ, lino vincio; unde verbale λίνωσις, ligatio; à Th. λίνον, vide.

Λὶξ, obliquus. Hesych. à λέγω.

Λιολεθρία, exp. παντελεῖ ὀλέθρῳ; ex λίαν & ὄλεθρος, ὁ, V.

Λιοπέτριον, Hesychio est λίθος λεῖος, i. e. lapis lævis; ex λεῖος & πέτρος, sive, πέτρα, V.

Λίπ' pro λίπα, indeclinabile. Alii ex λιπαρῷ per Apocopen factum tradunt. Sunt qui pro λίπα, indeclin. ponunt, & hoc pro λιπαρόν. Th. λίπος, adeps. Ponitur &

Λίπ' pro λίπε, 3. sing. a. 2. ind. Ion. vel 2. sing. a. 2. imperat. verbi λείπω, linquo: a. 2. ἔλιπον.

Λιπαίνω, f. ανῶ, pinguefacio. a. 1. ἐλίπηνα, & apud 72. ἐλίπανα, ας, ε. Th. λίπος, pinguedo.

Λιπάρα, Insulæ nomen Paraxyt. nam oxyt. fœminin. est à λιπαρὸς, V. Item, λιπαραὶ, lenia emplastra; alii pinguia ma.unt; sic dicta, quòd adipum, pinguedinum, oleorumque mixtura constent; sic, λιπαραὶ τράπεζαι; i. e. opimæ, & opiparæ; plur. fœm. à sing. λιπαρός; pinguis; unctus, opimus, pulcher, beatus, &c. Vide.

Λιπαράμπυξ, υκος, ὁ, ἡ, qui splendidis vittis est ornatus: ὁ λιπαρῷ ἄμπυκι κεκοσμημένος.

Λιπαρὰς, abundantes, acc. pl. f. g. à λιπαρὸς, ὰ, ὸν, quod vide.

Λιπαρέω, f. ήσω, assiduus sum, persisto, persevero: item assiduè rogo, & instanter rogo: vide in λιπαρής.

Λιπαρέως, per Dialysin, pro λιπαρῶς; assiduè, jugiter; item, flagitanter, instanter orando, apud Athen. à Th. λιπαρής; unde λιπαρέω, &c. V.

Λιπαρῆ, Ion. pro λιπαρὰ splendida, λιπαρῇσι, dat. pl. Ion. à λιπαρὸς, pinguis, quod vide.

ΛΙΠΑΡΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, assiduus, sedulus: λιπαρῶς & έως, assiduè, jugiter: λιπαρία, assiduitas: λιπαρέω, assiduus sum, q. à λίαν παρεῖναι, valde adesse.

Λιπαρία, ἡ, assiduitas, sedulitas; item, assidua obtestatio; & q. d. flagitantia; à præced. Th. λιπαρής; unde etiam λιπαρίη, ης, ἡ, pertinacia, strenuitas; ut, λιπαρίη ἀντέχομαι, strenuè resistimus, apud Herodot. &c. Item, λιπαρία, ἡ, pro λιπαρότης, pinguedo; est à λιπαρὸς, & Th. λίπος, quæ vide.

Λιπάρογαιος, λιπαρόγειος, λιπαρόγαιαν, & λιπαρόγεως, qui pingui solo est; pinguem habens terram, &c. à λιπαρὸς & γαῖα, &c. V. Item, λιπαρόζωνος, nitidam, ac veluti unctam & splendidam zonam habens; ut, apud Euryp. in Phæn. Epitheton est solis, λιπαροζώνου ἀελίου θύγατερ σελαναία, solis splendore cincti filia Lucina; ex λιπαρὸς & ζώνη, V.

Λιπαροκρήδεμνος, ου, ὁ, ἡ, pulchram habens vittam: à λιπαρὸς, splendidus: quod vide: & κρήδεμνον, vitta.

Λιπαρὸς, ὰ, ὸν, pinguis, obesus, nitidus. Th. λίπος, τὸ, pinguedo: hinc ἀλιπὴς, έος, ὁ, ἡ, macilentus.

Λιπαρότης, ητος, ἡ, pinguedo, pinguitudo; Theophr. Item, nitor, Plut. à λιπαρὸς, V. Unde etiam λιπαρῶς, pinguiter, vel, nitidè; ut scil. nitent quæ oleo sunt uncta; item,

Item beatè, apud Hom. Od. δ, sed λιπαρῶς, assiduè, vide suprà in Λιπαρέω, & in Th. λιπαρής.

Λιπαρόχροος, ου, όυ, ου, ὁ, ἡ, nitido corpore præditus: λιπαρόχροον, acc. Dor. à λιπαρόχροος, pro λιπαρόχροος quod ex λιπαρός, pinguis, & χρόος, corpus, Th. χρόα, color.

Λιπάρωψ, pinguem faciem habens, seu delicatam; apud Athen. mensa etiam dicitur λιπάρωψ, i. e. pinguis; ex λιπαρὸς, & ὤψ, V.

Λίπασμα, res quæ pinguefacit, apud Plut. Item Λιπασμὸς, q. d. pinguefactio; saginatio, utrumque à Them. λίπος, τὸ, V.

Λιπαυγὴς, splendore, seu lumine defectus; i. e. obscurus, caliginosus, &c. ex λείπω, & αὐγὴ, V.

Λιπάω, ῶ, q. d. pingueo, pinguis vel obesus sum; dicitur & de arboribus, cum pinguescunt atque unguinosiores fiunt; quod maxime germinationis tempore accidit; Theophrast. Hist. Pl. lib. 3. cap. 6. à Them. λίπος, τὸ, V.

Λίπε, pro ἔλιπε, 3. sing. a. 2. ind. activ. vel 2. sing. a. 2 imperat. verbi λείπω, linquo: f. λείψω, a. 2. ἔλιπον, p. m. λέλοιπα.

Λιπ' ἐλαίῳ, Apocopa, pro λιπαρῷ ἐλαίῳ, pingui oleo, vide suprà λιπ' pro λίπα.

Λιπεῖν, Dialysi Poët. pro λιπεῖν, a. 2. inf. act. ejusd. verbi.

Λιπερνὴς, έος, ὁ, ἡ, qui ex agro in urbem fugit: ὁ λιπὼν τὰ ἔρνη.

Λιπεσήνορας κούρας Stesichorus vocat, τὰς νεογάμους παῖδας τὰς λιπούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας, id est, puellas recens nuptas, quæ suos maritos deseruerant.

Λιπεσήνωρ, maritum deserens, adultera, ex Schol. Euryp. in Oreste, est nom. sing. unde præced. λιπεσήνορας; V.

Λιπερνήτης, egenus, πενιχρὸς, pauper; vel ut Aristoxenus, piscator marinus: Item Λιπερνῆτις, ιδος, ἡ, egena, inops; propriè quæ ἐρνέων, i. e. virgultis quoque careat, aut abjectitia sit; ex λείπω, & ἔρνος, τὸ, V.

Λιπέσθαι, a. 2. inf. m. verbi λείπω, linquo, f. ψω, a. 2. ἔλιπον.

Λιπήμερος, (Ionicum est) qui statum diem deseruit, qui statuto die præstò non fuit; ex λείπω, & ἡμέρα, ἡ, vide.

Λιπητὸς, οῦ, ὁ, tempus quo germinantes arbores habitiores atque pleniores fiunt, & succo pinguiore turgent; Theophr. Hist. Pl. lib. 5. c. 1. à verbo λιπάω; quod V.

Λιπόβιοι, qui vitam deseruerunt, vitâ functi, mortui; ex λείπω, & βίος; vi. Sic λιποβλέφαρος κύκλος, orbis cui palpebræ desunt; apud Non. pro eo, qui oculo est destitutus; à Them. βλέφαρον, τὸ, vi. Item Λιπογύιος, artubus destitutus, & specialiùs destitutus pedibus, mancus, in Epigram. à Th. γυῖον, τὸ, vi.

Λιπόδερμος, defectus est pelliculæ tegentis glandem, adeo ut distrahi jam ampliùs non possit: Item idem quod Λιπόδερμος, apella; à δέρμα, τὸ, &c. vi. Λιπόζυγος, qui societatis jugum deseruit, solitarius; à Th. ζεύγνυω, unde ζυγὸς, &c. comp. ut reliqua præced. cum Th. λείπω, V.

Λιποῖ, 3. sing. a. 2. opt. act. λιποίμην, a. 2. opt. m. λιποῦσα, Dor pro λιποῦσα, a. 2. part. act. f. g. ejusd. verbi.

Λίποιεν, 3. pl. a. 2. opt. act. λίποιμι, verbi λείπω, linquo: a. 2. ἔλιπον.

Λιπομήτωρ, qui matrem reliquit; in Epigr. ex λείπω, & μήτηρ; V.

Λίπον, pro ἔλιπον, a. 2. act. Ion. ejusdem verbi.

Λιποναύτης, Dor. pro λιποναύτης, ου, ὁ, navis desertor: ex λείπω, linquo, & ναὸς, navis.

Λιπόνεως, navis desertor; ex λείπω, & ναῦς, νεὸς, &c. V.

Λιπόνηρος, eximiè improbus, insigniter nequam; nam λι auget signif. quasi λίαν πονηρὸς, (Hesych.) quæ V.

Λιπόρρινος, pelle destitutus, seu carens, & quidem eâ, quæ dura sit; i.e. uvidam & lubricam habens pellem; Salamandri epithetum, apud Nicand. ex λείπω, & ῥινὸς, V.

ΛΙΠΟ'Σ, έος, τὸ, pinguedo, adeps. Hinc λιπάω, pinguis sum: λιπαίνω, pinguefacio: λιπαρὸς, οῦ, pinguis.

Λιποσαρκὴς, & Λιπόσαρκος, macilentus; idem quod λειπόσαρκος, id vide. Item Λιπόσκιος, tenebras relinquens; pro prie qui umbram suæ reliquit; i. e. clarus, Nonn. ex λείπω, & σκιά; vi. Sic λιποστέφανα φύλλα; q. d. folia quæ corollas, aut serta destituerunt; i. e. quæ è corollis, seu sertis deciderunt; in Epigram. ex λείπω, & στεφάνη, seu στέφανος; quæ vi. Item Λιποστράτιος, & λιποστρατία, ἡ; seu λιποστράτιον, τὸ, videantur suprà cum λειποστράτιος, &c. Sic Λιποτάξιον λιποτάκτης, & λιπόταξος, &c. eadem cum λειποτάκτης, & λειποτάξιον, &c. quæ vi. Item Λιποτριχὴς, depilis, quem pili destituerunt; ex Epigram. ex λείπω, & θρὶξ, τριχὸς, ἡ; V.

Λιποφεγγέα, acc. sing. à

Λιποφεγγὴς έος, ὁ, ἡ, linquens lucem: ex λείπω, linquo: & φέγγος, τὸ, lumen.

Λιπόφθογγος, quem vox destituit, mutus; ex λείπω, & φθέγγω, unde φθογγὴ, & φθόγγος; vi. Item Λιποψυχέω, animo deficio, efflo animam; vide suprà λειποψυχέω.

Λιπόων, Poët. pro λιπῶν, præs. part. verbi λιπάω, pinguis sum. Them. λίπος, εος, τὸ, pinguedo.

Λιπὼν, οῦσα, όν, a. 2. part. act. verbi λείπω, linquo: f. ψω, a. 2. ἔλιπον.

ΛΙ'ΠΤΩ, cupio, desidero: q. à λάω, volo.

Λιπώδης, εος, ὁ ἡ, pinguis. Item in neut. τὸ λιπῶδες, pinguedo; à Them. λίπος; τὸ, V.

Λίρινος, liliaceus; ut λίρινον ἔλαιον, oleum liliaceum, Gal. quod & λίρινον dicitur ab Hippocrate, sed λίρινον, ου, τὸ, lilium flos, idem quod Them. utriusque λείριον, τὸ, V.

ΛΙ'ΡΟΣ, seu λιρὸς, οῦ, impudens, audax: q. à λίαν ὁρᾶν, valde videre.

Λιρόφθαλμος, qui oculis est impudentibus & audacibus; à præced. Th. λίρος, & ὀφθαλμὸς, V.

ΛΙ'Σ, λιτὸς, ὁ, tenue & subtile linteum. Est etiam.

Λῖς, leo, Poët. cujus ex λῖν. Them. λέων, leo. Est &

Λῖς, per Apocop. pro λισσὴ, lævis.

Λίσαι, precare, a. 1. imperat. m. verbi λίσσομαι, supplico, f. λίσομαι.

Λισάσκομαι, supplico, supplex oro. Poëticè, pro Th. λίσσομαι; id V.

Λισγάριον, & λισγάρις, ligo, apud Schol. Theocr. Idyll. 4. Λισγάρις, etiam significat ligonem, lingua recentium Græcorum.

ΛΙ'ΣΠΗ, ης, ἡ, animaculum quoddam gracile: q. à λὶς, pro λισσή.

Λισπόπυγος, attritas nates habens & exiles; Poll. l. 2. à seq. λίσπος, & πυγὴ, vide.

Λίσπος, ου, attritus usu, gracilis. Them. λίσπη.

Λισσὰς, dicitur pro λισσή; (fœmin. à masc. Them. λισσὸς; vi.) glabra, lævis; ut λισσάδες, (pro λισσαὶ.) πέτραι, apud Euryp. Petræ arduæ, seu politæ, &c.

Λίσσεσθαι, præs. inf. verbi λίσσομαι.

Λισσέσκετο, supplicabat 3. sing. imperf. Ion. pro ἐλίσσετο, verbi λίσσομαι.

Λίσσομ' pro λίσσομαι, precabar, præsent. ind. vel fut. 1. Poët. pro λίσομαι, quod à

ΛΙ'ΣΣΟΜΑΙ, supplico, precor, oro: hinc part. λισσόμενος, ου, Dicitur etiam λίτομαι. Hinc λιτὴ, supplicatio, preces: λιτανεία, idem.

ΛΙΣΣΟ'Σ, οῦ, lævis, glaber: q. λίαν ἴσος.

Λισσαίνω, & λισσόω, complano, pavio læve, & æquabile reddo, utrumque à seq. Them. λίστρον, radula; instrumentum ferreum, ad complanandum solum, &c.

ΛΙ'ΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, scaphula seu ventilabrum ferreum ad complanandum solum.

Λιστρόω, ῶ, pavio, complano, rado; unde Λιστρωτὸς, pavitus, complanatus, rasus; Nicand. in Ther. utrumque à præced. Th. λίστρον, V.

Λίσχος, tenax, glutinosus, & adv. λίσχως, tenaciter; Item parcè; idem cum, ab & pro Th. γλίσχος, unde γλίσχως, &c quæ V.

Λῖτα, accus. sing. à λῖς, λιτὸς, ὁ, tenue linteum. Alii volunt esse pl. ex sing. λῖτον, τό.

Λιτάζομαι, supplico, precor; Item Λιτανεύω, idem; supplex oro; Il. χ. undè λιτανεία, ἡ supplicatio, supplices preces, &c. Item λίτανος, supplicatorius; ut μέλη λίτανα, apud Æschyl. omnia à Th. λίσσομαι, unde λίτομαι, &c. V.

Λιταὶ, αἱ, preces, Deæ præsides supplicationum. Th. λίσσομαι, precor.

Λιτοῖσι, frugalibus, dat. pl. f. g. à λιτὸς, οῦ, vilis, tenuis.

Λιτανεία, ας, ἡ, supplicatio, supplices preces, à λίτομαι, pro λίσσομαι, supplico. Inde Angl. Litany.

Λιτάνευε, 3. sing. imperf. Ion. &

Λιτάνευσε, 3. sing. a. 1. ind. act. à

Λιτανεύω, f. εύσω, idem quod λίσσομαι, precor, oro.

Λιταργίζω, celeri gradu proficiscor, festino, curro; σπουδαίως τρέχω, salto, &c.

&c. Undè verbale Λιπαργισμὸς, rapidus cursus, aut fuga; Item saltus; utrumque à λίπαργος, velox, celer; Aristoph. in pace ubi Schol. derivat παρὰ τὸ λίαν ἀργὸν, quæ V.

Λιτᾶων, precum, gen. plur. Æol. pro λιτῶν, à λιτὴ, preces. Them. λίσσομαι, oro.

Λιτὴ, ἡ, supplicatio, supplices preces, obsecratio; unde λιτήσιος, supplex; ut λιτήσιος αὐχὴν, supplex cervix, apud Nonn. utrumque, à λίτομαι, vel λιτάζομαι; quæ V.

Λιτοδόρος, tenuiter & frugaliter nutritus; vili & tenui assuetus victui; ex λιτὸς, & βορὰ, &c. vi. Sic Λιτοδίαιτος, vili & tenui assuetus victui; unde neut. τὸ λιτοδίαιτον, victus tenuis, seu victûs tenuitas, & frugalitas; ex λιτὸς, & δίαιτα; V.

Λιτοίμην, 1. sing. præs. opt. à

Λίτομαι, idem quod λίσσομαι, oro.

ΛΙΤΟ'Σ, ὃ, simplex, nudus, vilis: &

Λίτος, ἡ, ὸν, supplex: q. à λίσσομαι, supplico.

ΛΙ'ΤΡΑ, ας, ἡ, LIBRA, mensura, & ponderis nomen.

Λίτρον, pro νίτρον, Att.

Λιτροσκόπος, dicitur ἀργυραμοιβὸς; ἀπὸ τοῦ σικελικοῦ νομίσματος, quod λίτρα vocatur, Hesych. ex λίτρα, libra, duodecim constans unciis, &c. Item numismatis genus parvi admodum pretii; ut tradit Poll. lib. 9. & lib. 4. cap. 24. & σκόπος, &c. vide.

Λίπω, cupio interdum dicitur pro Them. λίπτω; quod V.

Λιφαιμῶ, sanguinem emitto, deficio corpore; exanguis fio, pallesco, &c. dicitur pro λειφαιμῶ; quod V.

Λιφρνειῶτες, Hesychio sunt, in arboroso loco amicè degentes; à Th. ἔρνος, τὸ, V.

Λιχάζω, per prærupta dejicio; Hesych. deducitur à Them. λιχανὸς, unde λιχὰς, &c. quod V.

ΛΙΧΑΝΟ'Σ, ὃ, ὁ, index, digitus: q. à λίαν χαίνειν, nam inter hunc & pollicem magnus est hiatus, sive intervallum: vel à λείχω, lingo: hinc λιχὰς, mensura interstitii inter pollicem & indicem distentos: λίχος, ου, ὁ, liguritor: λιχνεύω, ligurio, f. σω.

Λιχὰς, Hesychio est etiam ἀπότομος, &c. vide in præced. λιχανός.

Λίχμαζον, imperf. Ion. à

Λιχμάζω, lingo, lambo. Th. λείχω, idem, f. ξω.

Λιχμάομαι, ῶμαι, lingo: ab eodem Them.

Λιχμὰς, άδος, ἡ, quæ lambitur, seu lingitur; Hesych. à Them. λείχω; vel à præced. λιχμάομαι, seu λιχμάω, lambo, &c. vi. Undè etiam, λιχμήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, exertâ linguâ os lambens, Nic. in Ther.

Λιχνεία, ας, ἡ, liguritio, gulositas. Th. λιχανὸς; quod V.

Λιχνεύω, & λιχνεύομαι, ligurio, catillo; catillonem ago, & cupediis inhio: Item avide capio; unde λίχνευμα, τὸ, cupediæ, delicatæ dapes, & quibus avido palato inhiamus; Athen. l. 3. à λίχνος, ου, ὁ, liguritor; qui cupediis ita est deditus; ut lingat digitos seu catinos, catillo, cupes: Item ὄμματα λίχνα, oculi libidinosè cernentes; Item gulosus; undè adverb. λιχνῶς, gulosè, avidè, voraciter; more catillonum & liguritorum; Item Λίχνος, εος, τὸ, condimentum delicatum, gulæ & palati illicium; omnia à Them. λιχανὸς; vide.

Λιχνοφιλάργυρος, qui λίχνος quidem est, sed φειδωλὸς, & φιλάργυρος; quæ vide.

Λὶψ, λιβὸς, ἡ, petra, unde aqua stillat: à λείβω, stillo. Est & venti nomen, m. g. LIBS.

Λιψύδριον, ου, τὸ, regio siticulosa, vel inaquosa, &c. vide suprà λειψυδρία, cum quo ejusdem est comp.

Λίω, promptus sum, cupio.

Λιωργὸς, Hesychio est κακοῦργος, qui supro λεωργὸς, id V.

Λόβιον, ου, τὸ, gibba hepatis pars, quam fibram nonnulli vocitant; à seq. Them. λοβὸς, inauris pars, vel extrema hepatis, &c. V.

ΛΟΒΟ'Σ, ὃ, ὁ, ima auris pars, quæ prehendi potest, LOBUS; q. à λήβω, pro λαμβάνω.

Λοβώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, siliquæ, seu folliculo similis, siliquaceus; à præced. Them. λοβὸς, siliqua, seu folliculus quo semen, veluti vaginâ, clauditur, &c. vide.

Λογάδην, lectè, electè, collectim; ut λογάδην φέροντες λίθους, collectos passim lapides ferentes, &c. à seq. λογὰς, --άδος; V.

Λογαριάζω, idem quod, & à λογίζομαι, rationem ineo, computo, unde Λογαριασμὸς, computatio, & λογαριαστὴς, idem quod & pro λογισμὸς, & λογιστὴς; quæ vide. Λογάριον, vide infrà λογίδιον.

Λογὰς, άδος, ὁ, ἡ, electus: οἱ λογάδες, delecti: à λέγω, eligo. Est & album in oculo.

Λογάω, q. d. dicturio, dicere, seu fari, & disserere cupio; Luc. in Lex. à λόγος; V.

ΛΟ'ΓΓΗΣ, sepulchrum, bustum; unde λογγάζω, tergo, mergo; Item λογγὼν, ῶνος, ὁ, lapis in portu pertusus, in eum finem, ut per ejus foramen trajecto fune, puppis deligari queat, Etymolog.

Λογεῖον, locus quidam theatri, seu pulpitum in scena, super quo stantes histriones, fabulam recitant; à Suid. expon. locus in quo causæ dicuntur; aliis, est locus in quo περὶ τοὺς λόγους διατρίβουσι; Item Λογεῖον, dicitur etiam, ος; quoniam per id sermo prodit, Poll. l. 2. in sacris autem literis dicitur λογεῖον, τὸ μαντεῦμα ὅπερ ἐφόρει ὁ ἱερεὺς, ἐν ᾧ ἦσαν ἐγκεκολαμμένοι οἱ ιβ΄. λίθοι; illud in quo 12. lapides pretiosi erant defixi, quod ferebat Sacerdos summus; τὸ μαντεῖον, Suid. exponitur, pectorale, Exodi 28. à nomine λόγος, ὁ; V.

Λογέμπορος, sophistæ Epitheton; q. d. venditor, seu mercaturam exercens verborum; ex λόγος, & ἔμπορος; vide.

Λογία, ας, ἡ, collectio, collecta: à λέγω colligo: p. m. λέλογα.

Λογίατρος, verbis tenus medicus, verbis tenus artem medicinæ profitens; ex λόγος, & ἰατρὸς; V.

Λογίδιον, & λογάριον, ου, τὸ; q. d. verbulum, dictiuncula, oratiuncula; Item fabella, diminut. à λόγος; vi. Unde etiam λογεὺς, εως, vel εος, ὁ, orator, Rhetor, qui causas dicit; Poll.

Λογίζεσθαι, præs. inf. à

Λογίζομαι, colligo, statuo, cogito: imperf. ἐλογιζόμην, f. ίσομαι, p. λελόγισμαι, a. 1. pass. ἐλογίσθην, f. 1. pass. λογισθήσομαι. Th. λέγω, dico.

Λογικὸς, ἡ, ὸν, rationalis, verbalis, dat. pl. f. g. λογικαῖς; ab eod. Th.

Λογικῶς, cum ratione: more eorum qui ratione utuntur; Plut. Item verbis disserendi & sermocinandi modo; adverb. à præced. λογικὸς, ratione præditus vel utens; Item sermocinans, eloquens, facundus, &c. vide.

Λόγιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, mentione dignus, memorabilis; insignis, celebris, nobilis, æstimabilis, æstimatione dignus, &c. Undè plural. masculin. οἱ λόγιμοι, proceres: Sic sing. fœmin. λογίμη πόλις, eximia, vel insignis urbs; Item in superl. λογιμώτατος, præstantissimus, selectissimus, honestissimus, &c. à nomine λόγος, ὁ, unde λογικὸς, &c. V.

Λόγιον, ου, τὸ, oraculum, responsum divinum, τὰ λόγια, eloquia: à λέγω, dico.

Λόγιος, ου, disertus, facundus, eloquens, & orationis solutæ scriptor: à λόγος, quod vide.

Λογιότης, ητος, ἡ, facundia, eloquentia; ἡ δύναμις τῆς φράσεως; à λόγος, ὁ; V.

Λόγισαι, consulta, a. 1. imperat. m. verbi λογίζομαι, rationem ineo. Them. λέγω, dico.

Λόγισμα, τὸ, id ipsum quod in rationibus supputandis alicui imputatur, Athen. l. 1. verbale, à λογίζομαι; id V.

Λογισμὸς, ὃ, ὁ, ratiocinatio, cogitatio: ab eod. verbo & Th.

Λογιστήριον, ου, τὸ, locus ubi sedebant ii qui λογισταὶ dicebantur; locus in quo exercitus recensetur, & stipendia militiæ, numerantur; unde neut. plural. λογιστήρια, τὰ, dicuntur scholæ calculatoriæ, sive ratiocinatorum: Item λογιστὴς, ὃ, ὁ, ratiocinator, supputator, calculator, &c. Plut. peculiariter, λογισταὶ, οἱ, dicebantur ratiociniorum præfecti, quibus rationes reddebantur publicæ administrationis; Item æstimator; sic etiam λογιστικὸς, ὃ, ὁ, calculatorius, seu ratiocinatorius: Item qui artis calculatoriæ peritus est, qui computandi & numerandi arte pollet: Item rationalis, rationis & mentis compos; & τὸ λογιστικὸν, sub. τῆς ψυχῆς μέρος, quod & διάνοια λογιστικὸν, pars animi, in qua inest ratio atque consilium; omnia verbalia à λογίζομαι, quod vi. Unde etiam λογιστέον, ratiocinandum est, cogitandum, seu considerandum est; Item λογιστεύω, computo, æstimo, &c. omnia à nomine λόγος; V.

Λογογραφέω, fut. ήσω, ſcribo orationes forenſes, ſcribo hiſtoriam: ex λόγος, & γράφω.

Λογογραφία, orationum ſcriptio, vel hiſtoriæ: Item λογογραφικὴ, ſcilicet, τέχνη, ars ſcribendi orationes: Item pro ſoluta oratione, ex iiſdem cum præced.

Λογογράφος, ου, ὁ, qui orationes conſcribit, orator: item rabula: ex iiſd.

Λογοδαίδαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, orationum ingenioſus concinnator, orationum peritus artifex, qui orationes vario artificio elaborat, & quaſi variegat; Plat. in Phædro; ex λόγος, & δαίδαλος; vi. Item λογόδειπνον; q. d. cœna ſermocinatrix, ſeu cœna verbis magis quam cibis condita; ex λόγος, & δεῖπνον, τὸ, vi. Item λογοδηρία, ἡ, verborum contentio, ſeu pugna, altercatio inanis; ex λόγος, & δῆρις, vi. Sic etiam λογοδιάρροια; q. d. verborum profluvium, profluentia loquendi; de garrulis dicitur, quòd eorum lingua fluxu verborum laboret, ceu morbo, qui διάρροια dicitur, Athen. l. 4. ex λόγος, & ῥέω, unde ῥοὴ, & ῥόος, &c. vi. Item λογοδιδάσκαλος, dicendi, ſeu artis dicendi magiſter, à διδάσκαλος, vi. Λογοθέτης, rationum perſcriptor rationalis; Item λογοθετῶ, rationem repoſco, ratiocinor, computo, à Them. τίθημι; unde θέτης, & θετὸς, &c. vi. Λογοθήρας, qui verba aucupatur; verborum captator, à Them. θὴρ; unde θήρα, &c. vide. Λογολέσχης, ου, ὁ, blatero, nugator, loquax; unde verbum λογολεσχεῖν, blaterare, nugari, à Them. λέσχη; vi. Λογομανέω, ῶ, literis, & diſciplinis, vehementer incumbo; q. d. literarum quodam inſano amore teneor, à Them. μαίνομαι; unde μανία, &c. comp. ut reliqua præced. cum nomine λόγος, &c. vide.

Λόγοισι, dat. pl. Ion. à λόγος, verbum, quod vide.

Λογομαχέω, verbis pugno, f. ήσω, p. λελογομάχηκα ex λόγος, verbum, quod à λέγω, & μάχομαι, pugno.

Λογομαχία, ας, ἡ, verborum pugna: ab iiſd. Th.

Λογομάχος, qui verbis pugnat, qui contentione verborum delectatur, argutator; ex iiſdem cum præced. Sic Λογομύθιον, oratio fabuloſæ narratiunculæ; ex λόγος, & μῦθος, fabula, &c. V.

Λόγον ἑαυτῷ διδόναι, ſecum aliquid reputare.

Λογοποιέω, f. ήσω, fabulas condo: &

Λογοποιὸς, οῦ, ὁ, ἡ, fabularum & hiſtoriarum conditor: ex λόγος & ποιέω, facio.

Λογοποίημα, τὸ, q. d. fabulamentum, fabula, commentum, mendacium; Poll. ex Plat. Item λογοποιητικὴ τέχνη, ars τῶν λογοποιῶν; Plat. Sic λογοποιΐα, fabularum, ſeu mendaciorum confictio, ſeu ſcriptio; ex iiſdem cum præced.

Λογοπράτης, verborum venditor; eſt & Epitheton Judæ, quòd Chriſtum, Dei λόγον, vendiderit; apud Gregor. ex λόγος, & πιπράσκω, unde πράτης, &c. V.

Λόγος, ου, ὁ, verbum, ratio: juſſum; negotium; rumor, verſus; carmen, &c. κατὰ λόγον· quantum æquum eſt: à p. m. λέλογα, verbi λέγω, dico.

Λογότροπος, ου, ὁ, argumentationis dialecticæ forma; τὸ ἐξ ἀμφοτέρων συνθετὸν; i. e. ſyllogiſmus hypotheticus; ut ſi vivit Plato, ſpirat; atqui primum, igitur ſecundum; inventum hoc compendii gratiâ, ut ſit concluſio, τὸ ἢ πρῶτον, ἄρα τὸ δεύτερον; Suid. ex λόγος, & τρόπος; V.

Λόγχαισι, dat. pl. Ion. à

Λόγχη, ης, ἡ, ſors LANCEA: à λαγχάνω, ſortior, & aſſequor: a. 2. ἔλαχεν, p. m. λέλογχα.

Λογχαῖος, & λογχίτης, haſtatus, qui lanceam fert, à λόγχη; vi. Undè etiam λογχοῦσθαι, mucronatim, in acutum deſinere; unde λογχωτὸς, mucronatus, mucrone inſtructus, mucroni, cuſpidi, aut lanceæ ſimilis, &c.

Λογχήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, lanceatus, qui lanceam fert ex λόγχη, & αἴρω,: Item qui lanceæ manum aptat, ut eam geſtet; à Th. ἄρω; V.

Λογχοποιὸς, lancearum fabricator; Euryp. ex λόγχη, & ποιέω; Item λογχοφόρος, qui lanceam fert; ex λόγχη, & φέρω; undè φόρος, &c. V.

Λογχωτὰ ἔγχεα, haſtæ cuſpidem habentes: à λογχόω, cuſpide munio: quod à λόγχη.

Λόγω, Dor. pro λόγου.

Λοεσσάμενος, η, ον, lotus, a. 1. part. m. Poët. pro λουσάμενος, q. à λοέω, pro λούω, Dialyſi ου in εο. Hinc λόεσσαν, a. 1. ind. act. Ionicè abjecto augmento, & Poët. gem. σ, a. 1. inf. act. λοέσσαι, & ſic porro.

Λοετρὸν pro λουτρὸν, ου, τὸ, lavacrum, balneum: à λούω, lavo.

Λοετροχόος, οῦ, όυ, οῦ, ὁ, ἡ, aptus ad lavacrum: ex præced. & χέω, fundo.

Λοέσσασθαι, & λοεσσάμενος, Od. α, & Il. φ. Poëticè, pro λούσασθαι, & λουσάμενος, à λούομαι; vi. Quidam tamen formant à λοέομαι; vi. ſeq. λοέω.

Λοέω, Poët. pro λούω, lavo.

Μελοποιὸς & μελοποιητὴς, qui mele scribit; lyricus poëta, Athen. modulandi scientiam exercens; item, lusciniæ Epith. apud Euryp. Item, μελοποιέω, scribo mele; carmina modulor, & pango, modulationem adhibeo, qualis est in carminibus lyricis quæ mele vocantur; & μελοποιΐα, scriptio, vel, moderatio carminum lyricorum, &c. Ex μέλ☉, τὸ, & ποιέω, V.

ΜΕ'ΛΟΣ, ε☉, τὸ, membrum; item, MELOS, carmen, suis membris constans. hinc πλημμελὴς, έ☉, ὁ, ἡ, inconcinnus, immoderatus. πλημμέλεια, ας, ἡ, vitiositas, peccatum, error. πλημμελέω, immoderatè vel improbè me gero, delinquo, erratum admitto.

Μελεὺς, ίδ☉, dicitur esse locusta; frumentum arrodens, i. e. ἡ σιτοφάγ☉ ἀκρίς.

Μέλεσι, curæ sunt, 3. plur. præs. ind. μέλει.

Μέλπηθρον, ε, τὸ, ludibrium: à μέλπω, ludo, tripudio.

Μελπομένη, ης, ἡ, nomen Musæ. hinc Μελπομενᾶν, Dor. pro Μελπομενῶν, gen. pl. à μέλπομαι, cano.

Μέλποντι, dat. sing. part. præs. à μέλπω, canto. hinc part. μέλπων, οντ☉. sed & μέλποντι, Dor. pro μέλπεσι, canunt, præs. ind. act.

ΜΕ'ΛΠΩ, canto, cantu celebro. f. -ψω. p. φα. p.m. μέμολπα, hinc μολπὴ, cantus. q. μέλ☉ ἔπω, carmen dico.

Μελπωδὸς, cantor; carminum decantator; ex μέλπω & ᾠδὴ, quæ V.

Μελύδριον, cantiuncula, parvum melos seu, parvum carmen; est diminut. à Th. μέλ☉, τὸ carmen, &c. V.

Μέλχι, ὁ, nomen viri, ἄκλιτον. Hebr. rex meus.

Μελχισεδὲκ, ὁ, nomen filii Dei ἄκλιτον. Heb. rex justitiæ.

Μελῳδέω, ῶ, modulor; cano cum modulatione qualis est carminum, lyricorum præcipuè, quæ μέλη vocantur; unde μελῳδητὸς, qui canitur cum modulatione; apud Plut. & Athen. ex iisd. cum seq. μελῳδία, V.

Μελῳδία, ας, ἡ, MELODIA, harmonia, modulatio; ex μέλ☉, carmen, & ᾠδὴ, cantilena. Th. ἀείδω, cano.

Μελῳδὸς, ε, ὁ, modulator: ex iisd.

Μέμαα, promptus fui, perf. act. Ion. Sync. pro μέμηκα. Siquidem Iones è præteritis subtrahunt κ, & penultimam corripiunt. Sic μέμαμεν, pro μεμήκαμεν, 1. pl. perf. act. & in 3. pl. μεμάασι, verbi μάω, cupio.

Μεμάθηκα, didici, perf. act. verbi μανθάνω, disco. f. μαθήσω, a. 2. ἔμαθον.

Μεμακυῖα, Dor. pro μεμηκυῖα, part. perf. m. f. g. à μυκάομαι. vide μέμηκα.

Μεμαλὼς, ότ☉, Dor. pro μεμηλὼς, quod vide. Sic μέμαλε, Dor. pro μέμηλε.

Μέμαμεν, cupimus, 1. pl. perf. act. per Sync. pro μεμήκαμεν, verbi μάω, cupio. vide μέμαα.

Μεμάνημαι, perf. pass. à μανέομαι, insanio. f. ήσομαι. Th. μαίνομαι, insanio.

Μεμάποιεν, corripuissent, 3. pl. a. 2. opt. act. Poët. redupl. pro μάποιεν, & hoc pro μάρποιεν, verbi μάρπτω, apprehendo. f. -ψω. a. 2. ἔμαρπον. p.m. μέμαρπα. vide & μαρπέειν.

Μέμαρμαι, & Att. εἵμαρμαι, perf. pass. verbi μείρω, divido.

Μέμαρπον, Ion. pro ἔμαρπον. a. 2. act. &

Μεμαρπὼς, ότ☉, p.m. part. verbi μάρπτω, corripio. vide in μεμάποιεν.

Μέμασαν, per Syncop. Ion. pro μεμάκεσαν, 3. pl. plusq. p. act. Ion. verbi μάω, cupio. vide μέμαα.

Μεμαῦ pro μεμαυῖα, ας, ἡ, & in m. g. μεμαὼς, ότ☉ & ῶτ☉, perf. part. act. Ion. pro μεμηκὼς, υῖα, verbi, μάω, incito. vide & μέμαα.

Μεμαὼς, ότ☉, Poët. ῶτ☉, & in dual. μεμαῶτε, prompti. vide in præced.

Μέματον, per Syncop. pro μεμήκατον, dual. perf. act. μέμηκα. verbi μάω, promptus sum.

Μέμβλεται, pro μεμέληται &

Μέμβλετο, pro μεμέλητο, per Syncop. & Pleonasm. τῦ β. aut, ex μέμβλομαι, idem quod μέλομαι, curo.

Μέμβλωκα, ας, ε, veni, curavi, sti, it, per Syncop. pro μεμόληκα. perf. act. à μολέω vel pro μεμέληκα à μελέω, idem quod μέλω, curo.

Μεμβράνα, ης, ἡ, Membrana: ex Lat.

Μεμβρὰς, άδ☉, ἡ, apuæ species quædam.

Μεμέληκε, curæ fuit, 3. sing. præt. act. à μέλει, curæ est. q. à μελέω, inusit.

Μεμεληκὸς, ότος, τὸ, quod curæ fuit; ut apud Xen in Apol. Socr. τῦτο γὸ ἴσασιν ἐμοὶ μεμεληκὸς, hoc mihi curæ fuisse norunt; est neut. part. à præced. præt μεμέληκε, id V.

Μεμελημέν☉, cui curæ est; item, gratus, in Epigr. l. 3. part. præt. pass. ab eod. Th. μέλει, V. Unde etiam adv. μεμελημένως, diligenter, elaboratè, curiosè, &c.

Μεμέληκα,

Μεμένηκα, mansi perf. act. &

Μεμενήκεσαν, 3. plur. plusq. p. Ionicè verbi μένω, maneo, fut. μενῶ, aorist. 1. ἔμεινα.

Μεμερισμένως, partitè, distributivè, est adv. a part. præt. pass. verbi μερίζω; id V.

Μεμεστωμένοι, pleni sunt, perf. part. pass. verbi μεστόω, impleo. Them. μεστὸς, plenus.

Μεμετιμένος, ου, Ion. pro μεθειμένος, dimissus: à μετίεμαι, Ion. pro μεθίεμαι, dimittor: vel à μετίω, pro μεθίω, dimitto, Th. ἵημι, vel ἕω, mitto.

Μεμετρέαται, mensurati sunt, 3. plur. perf. pass. Ion. pro μεμέτρηνται, verbi μετρέω, f. ήσω, p. μεμέτρηκα, Them. μέτρον, mensura.

Μέμηκα, ας, ε, perf. m. verbi μηκάομαι, balo, perf. part. m. μεμηκὼς & μεμακώς.

Μέμηλε, vel μέμηλεν, curæ est, perf. act. per Syncop. pro μεμέληκε. Alii volunt esse, præt. m. Hinc μεμηλὼς, ότος, acc. μεμηλότα, pro μεμεληκὼς, perf. part. à μέλει, curæ est.

Μεμήλῃ, curæ fuerit, perf. sub. act. &

Μεμηλὼς, ότος, per Sync pro μεμεληκὼς; vide μέμηλε.

Μέμηνα, ας, ε, præt. m. verbi μαίνομαι, insanio.

Μεμηνιμένως, iracundè, indignabundè; Plat. est adv. à part. præt. pass. verbi μηνίω; id V.

Μεμηχανημένος, η, ον, perf. part. pass. verbi μηχανάω, molior, struo, f. ήσω. Th. μηχανὴ, artificium.

Μεμίασμαι, conspurcatus sum perf. pass. verbi μιαίνω, conspurco, fœdo, f. ανῶ, perf. part. passiv. μεμιασμένος.

Μέμιγμαι, mixtus sum, perfect. ind. passiv. &

Μεμιγμένος, ου, perfect. part. pass. verbi μίγνυμι, misceo, f. μίξω, p. χα.

Μεμιγμένως, confusè, mixtim; est adv. à præced. μεμιγμένος; V.

Μεμιμημένος, effictus, perf. part. pass. verbi μιμέομαι, imitor, f. ήσομαι, p. μεμίμημαι.

Μεμίξεται, 3. sing. Paulo post f. verbi μίγνυμι, misceo, f. ξω, p. passiv. μέμιγμαι, ξαι, κται.

Μεμίσθωμαι, perf. ind. pass. verbi μισθόω, mercede loco: hinc μεμισθωμένος, perf. part. Them. μισθὸς, merces.

Μεμισημένος, ου, invisus, exosus: part. præt. pass. à μισέω, odi, f. ήσω.

Μεμίχθαι, perf. inf. pass. à μίγνυμι, misceo, f. ξω, p. χα.

Μέμναμαι, Dor. pro μέμνημαι, perf. pass. à μνάομαι, recordor, f. μνήσομαι, p. μέμνημαι.

Μεμναμένος, memor, Dor. pro μεμνημένος, ου, part. præced. præt. pass. μεμναμένων, gen. Dor.

Μέμνανται, meminerunt, Dor. pro μέμνηνται, 3. pl. perf. vide μέμναμαι.

Μέμνασαι, Dor. pro μέμνησαι, 2. sing. perf. ejusd. verbi.

Μεμνέωτο, memor esset pro μεμνέοιτο, per Ectasin: hoc autem per Dialysin pro μεμνοῖτο, quod pro μεμνῇτο, 3. sing. perf. opt. pass. pro quo etiam legitur μεμνῷτο, & Dor. μεμναίατο, & Doricè μεμναίατο, verbi μνάομαι, recordor, f. μνήσομαι, perf. pass. μέμνημαι; hinc perf. opt. μεμνῄμην, μεμνῇο, μεμνῇτο.

Μέμνῃ, meministi, 2. sing. perf. pass. Att. pro μέμνησαι, & Ion. μέμνεαι & μέμνεαι, à μνάομαι, recordor, f. μνήσομαι, p. μέμνημαι, a. 1. pass. ἐμνήσθην.

Μέμνηκα, mansi, per Syncop. pro μεμένηκα, perf. act. verbi μένω, maneo: f. μενῶ.

Μέμνημαι, σαι, ται, perfect. passiv. hinc μέμνησο, perf. imperat. pass. μεμνημένος, perf. part. verbi μνάομαι; vide μέμνῃ.

Μεμνῇο, ῇτο, memor esses, esset 2. & 3. sing. perf. opt. passiv. μεμνῄμην, verbi ejusdem.

Μέμνησο, recordare, perf. imperat. pass. vide μέμνημαι, perf. inf. passiv. μεμνῆσθαι.

Μεμνηστευμένη, perfect. part. passiv. fœmin. gen. dativ. cas. à μνηστεύω; quod vide.

Μέμνονα, acc. sing. à Μέμνων; nomen viri. Est & μέμνων, almus: q. à μέμνω, maneo.

ΜΕΜΝΟΝΕΣ, οἱ, aves sunt; apud Ælian. & Oppian. Item Hesychio Μέμνων est etiam asinus, & Μεμνόνεια, asini carnes.

Μέμνω, Ion. pro μέμνησο; quod vide.

Μέμνων, vide in Μέμνονα.

Μεμνῷτο, Att. pro μεμνῇτο, memor esset, perf. opt. pass. vide μεμνῇο.

Μεμοίραται, 3. sing. perf. pass. verbi μοιράομαι, sortitò partem capio: hinc perf. part. μεμοιραμένος· à μοῖρα, portio. Th. μείρω, divido.

Μέμον', pro μέμονα, mansi, cupio, volo, p. m. verbi μένω, vel μένω, maneo, f. μενῶ, p. μεμένηκα, a. 1. ἔμεινα.

Μέμορα, partitus sum, p. m. verbi μείρω, divido, f. ερῶ.

Μέμορμαι, σαι, ται, Æol. pro μέμαρμαι, σαι, ται, sortitus sum, perf. ind. passiv. verbi μείρω, partior, f. ερῶ.

Μεμπτέος, lamentabilis, improbandus, &c. idem quod seq. μεμπτὸς, & ab. eod. vide.

Μεμπτὸς, οῦ, incusandus, pl. μεμπτοί. Th. μέμφομαι, accuso, f. ψομαι, p. μέμεμμαι, ψαι, πται.

Μεμυθολογήκασιν, 3. pl. perf. act. verbi μυθολογέω, fabulor, f. ήσω, ex μῦθος, fabula, & λέγω, dico.

Μέμυκα, ας, ε, mugii, p. m. verbi μυκάω, ῶ, magio, a. 2. ἔμυκον.

Μέμφεαι, accusas, 2. sing. Ion. pro μέμφῃ, verbi μέμφομαι.

ΜΕΜΦΟΜΑΙ, conqueror, expostulo, incuso, vitupero, cum dativ. f. μέμψομαι, perf. pass. μέμεμμαι, ψαι, a. 1. m. ἐμεμψάμην, ω, ατο. Hinc μεμφωλὴ, questus, querimonia: μέμψις, idem; μεμπτὸς, incusandus, μεμψίμοιρος, querulus.

Μεμφωλὴ, ἡ, questus, querimonia, seu ipse actus conquerendi & incusandi à præced. Th. μέμφομαι; V.

Μεμψάμενος, ου, a. 1. part. m. &

Μέμψῃ, 2. sing. a. 1. sub. m. verbi μέμφομαι.

Μεμψιβολέω, ῶ, q. d. queremoniis & reprehensionibus impeto; ex μέμψις, & βάω; unde βολὴ, & βολέω, &c. vi. Item

Μεμψίγαμος, ἡ, uxor quæ de nuptiis conqueritur; ex μέμψις, & γαμὸς, V.

Μεμψιμοιρέω, f. ήσω, conqueror: &

Μεμψίμοιρος, ου, ὁ, ἡ, querulus. Ex μέμψις, εως, ἡ, querela, & μοῖρα, fatum. Th. μείρω, sortior.

Μεμψιμοιρία, conquestio, querela; propriè quærula suæ sortis incusatio; ex iisdem, cum præced. V.

Μέμψις, εως, ἡ, questus; h. e. ipsa querendi & incusandi acto, seu reprehensio; undè μέμψιν μέμφεσθαί τινι, & μέμψιν ἐπιφέρειν τινι; idem quod μέμφεσθαι, reprehendere, incusare; inf. à μέμφομαι; V.

Μεμὼς, ῶτος, incitatus, per Sync. pro μεμηκὼς, & Ion. μεμαὼς, perf. part. act. verbi μάω, promptus sum.

ΜΕΝ, quidem, Conjunct. discr. Solet hanc particulam excipere δὲ, μέντοι, tamen.

Μένανδρος, ου, ὁ, MENANDER, nomen Poetæ.

Μένγαρ enim. Ex μὲν, quidem, & γὰρ, enim.

Μὲν δὴ, equidem: Item certè quidem, utique, profectò, verò, &c.

Μενεαίνω, & Μεναίω, cupio, animi impetu quoddam concitor: Item iratus sum, irâ percitus sum; Il. ο, υ, ω, &c. utrumque, à Th. μένος, τὸ. V.

Μένανδρος, ου, ὁ, qui virum expectat; vel qui virum in se irruentem excipit & sustinet, in Epigram. ex μένος, τὸ, vel μένω; & ἀνὴρ, ἀνδρὸς, &c. V.

ΜΕΝΔΗΣ, hircus, seu caper Ægyptiorum linguâ. Et capripes Pan.

Μενεαινέμεν, Ion. pro μενεαίνειν, præsent. infinitiv. à

Μενεαίνω, cupio, iratus sum: fut. ανῶ, a. 1. ἐμενέηνα. Them. μένος, τὸ, animus.

Μενεδήϊος, ου, ὁ, ἡ, audax, bellicosus; q. μένων ἐν τῇ δηΐδι, in pugnâ perseverans. Vel à μένος, εος, τὸ, animus, & δήϊος, hostilis, à δαΐω, vasto.

Μενέηνα, vel μενέηνα, & in pl. μενεήναμεν, a. 1. ind. act. Ion. verbi μενεαίνω, quod vide.

Μένει, 3. sing. ind. præs. μένειν, præs. inf. μένῃ, 3. sing. præs. sub verbi μένω, maneo, f. μενῶ, a. 1. ἔμεινα.

Μενέκτυπος, qui bellicos impetus, & tumultus, seu strepitus sustinet, nec expavescit; ex μένος, τὸ, vel μένω, & κτυπέω, vel κτύπος, &c. V.

Μενέλας, α, ὁ, Dor. pro Μενέλαος, ου, ὁ, Menelaus.

Μενέμεν, Ion. pro μένειν, præs. inf. ejusd. verbi.

Μένεος, gen. sing. à μένος, τὸ, animus, ira.

Μενεπτόλεμος, ου, ὁ, ἡ, constans in bello, fortis: à μένος, εος, τὸ, animus, & πόλεμος, bellum.

Μενέσθην, acc. sing. à

Μενέσθης, ου, ὁ, nomen propr.

Μενεσθὼ, όος, οῦς, ἡ, nomen mul.

Μενετὸς, οῦ, ὁ, qui manere potest aut solet Thuc. l. 1. τὰ δὲ πολέμου καιροὶ οὐ μενετοί, moram non patiuntur: Item apud Aristot. in avib. μενετοὶ θεοὶ, dicuntur, qui nec fallunt, nec falluntur; vel qui non statim injurias puniunt; à Th. μένω; V.

Μενεχάρμαι, pugnaces, nom. pl. à

Μενεχάρμης, ου, ὁ, & μενέχαρμος, ου, ὁ, ἡ, promptus

promptus in bello. Ex μένος, εος, τὸ, animus, & χαίρω, gaudeo: fut. χαρῶ; perf. pass. κέχαρμαι, unde χάρμα, gaudium.

Μενέω, Ion. Dialysi pro μενῶ, f. verbi μένω, maneo.

Μενδῆραι, αἱ, vel Μενδῆρες, αἱ; curæ φροντίδες, solicitudines; quasi μενεοδῆραι, vel μενεοδῆρες, pro αἱ δηρόμεναι τὸ μένος; i. e. τὴν ψυχὴν, Hesych. & Etym. quòd vires, & nervos omnes corporis pariter & animi depascant; ex μένος, εος, τὸ, & δῆρ, ρος, ὁ; unde δηρὶς, δηρίω, δηρίομαι, &c. quæ V.

Μενὶ, pro μὲν ponitur apud Aristoph. præcedente νυνί.

Μενίππη, ης, ἡ, nomen mul.

Μενοεικέα, acc. sing. à

Μενοεικὴς, έος, ὁ, ἡ, animo gratus: à μένος, εος, τὸ, animus, & εἴκω, cedo.

Μενοινάω, ῶ, ᾷς, ᾷ, ἀεις, ᾶς, ἀει, ᾶ, impetu quodam animi concitatus cupio: μενοίνα, præs. imperat. act. Dicitur & μενοινέω, & άω · à

Μενοινὴ, ῆς, ἡ, impetus animi. Th. μένος, εος, τὸ, animus.

Μενοινὴ, ἡ, cupiditas animi, quâ ad aliquid agendum fertur, Apoll. arg. idem quod præced. Μενονὴ, & ab eod. id V.

Μενοιτιάδης, ου, ὁ, MENOETIADES: à

Μενοίτιος, ου, ὁ, nomen propr.

Μενόλκιον, τὸ, vas balneatorium apud Plut. in Alex. à Th. ἕλκω, unde ὁλκὴ, & ὁλκίον, τὸ; V.

Μένοντε, nom. dual. part. præs. à μένω, maneo, præs. part. μένων, οντος.

Μένοντι, Dor. pro μένουσι, 3. pl. præs. ind. act. vel. dat. sing. part. præs. verbi μένω, exspecto.

Μενοπτόλεμος, ου, ὁ, ἡ, nomen propr. Est & bellicosus, constans in bello: ex μένος, & πόλεμος, bellum.

ΜΕ'ΝΟΣ, εος, τὸ, animus, ardor animi, ira: Item vis, robur: unde Angl. **man**: q. à μένω, maneo: hinc δυσμενὴς, έος, ὁ, ἡ, malevolus, inimicus: εὐμενὴς, έος, ὁ, ἡ, benevolus, εὐμενῶς, benevolè.

Μενοῦν, imò verò: ex μὲν, quidem & οὖν, igitur.

Μενοῦνγε, imò verò, ex iisd.

Μένουσα, præs. part. f. g. à μένω, maneo: in 3. pl. μένουσι.

Μέντοι, & μὲν τοι; equidem, certè, sanè; utique nimirum, interrogationi etiam adhibetur: Item, μέντα, Poëticè, pro μὲν, sequente ᾗ; ut initio, Il. β.

Μέντοι, tamen, Conjunct. discr.

ΜΕ'ΝΩ, MANEO, habito, expecto: imperf. ἔμενον, ες, ε, f. μενῶ, p. μεμένηκα, plusq. p. ἐμεμενήκειν, & in 3. plur. Ion. μεμενήκεισαν, a. 1. ἔμεινα, ας, ε, a. 1. imperat. μεῖνον, άτω · a. 1. sub. μείνω, ῃς, ῃ, a. 1. inf. μεῖναι; a. 1. part μείνας, αντος; p. m. μέμονα. Hinc μονὴ, mansio: ὑπομένω, exspecto, sustineo, profero: ὑπομονὴ, patientia, tolerantia.

Μεράρχης, ου, ὁ, qui parti imperat, μέρους, [illegible]

Μεραρχία, agmen constans è viris bis mille [illegible]aginta octo; ab & ex iisd. cum [illegible]

[illegible] ω, privo; Item intueor, vi- [illegible] δνὸς, terribilis, σμερδαλέος, [illegible]

Μερίδα, accusativ. sing. à μερὶς, quod vide.

Μεριδάρπαξ, αγος, ὁ, ἡ, nomen muris: à μερὶς, ίδος, ἡ, pars, vel μερίδες, fercula, quod à à μείρω, divido: & ἅρπαξ, rapax. Th. ἁρπάζω, rapio.

Μεριδάρχης, ου, ὁ, qui particeps est principatûs: à μερὶς, ίδος, ἡ, pars quod à μείρω, divido: & ἀρχὴ, imperium.

Μερίζεν, Dor. pro μερίζειν · a

Μερίζω, partior, divido: fut. ίσω, p. μεμέρικα · a. 1. ἐμέρισα, præsent. pass. μερίζομαι, dissideo. perfect. passiv. μεμέρισμαι, a. 1. passiv. ἐμερίσθην, ης, η, a. 1. part. passiv. μερισθεὶς, εῖσα, έν · a. 1. m. ἐμερισάμην, ω, ατο. Th. μείρω, divido.

Μερικὸς, οῦ, ὁ, particularis; ut μερικὰ φάρμακα, id est, τὰ τοπικὰ, medicamenta particularia & localia dicta; apud Gal. Unde adv. μερικῶς, particulatim, partitè; utrumque à Th. μείρω, unde μέρος, τὸ, V.

ΜΕΡΙ'ΜΝΑ, ης, ἡ, cura, solicitudo, quia μερίζει νοῦν, gen. plur. Æol. μεριμνάων.

Μεριμνάω, curo, sollicitè cogito, sollicitus sum, f. ήσω, p. μεμερίμνηκα, a. 1. ἐμερίμνησα, ας, ε, a. 1. sub. μεριμνήσω, ῃς, ῃ, à præced.

Μεριμνήσητε, 2. pl. a. 1. sub. act. verbi μεριμνάω.

Μεριμνητὴς, οῦ, ὁ, curiosus contemplator, cogitator, seu excogitator, &c. verbale, à μεριμνάω; V.

Μεριμνοτόκος, curas & solicitudines pariens, ex μέριμνα, & τίκτω; unde τόκος, & præt. med. τέτοκα, &c. quæ V.

Μεριμνοφροντισταὶ, οἱ; anxii contemplatores; ut μεριμνοφροντιστὰς, vocat Aristoph. in Nub. philosophos; ex μέριμνα, & φροντιστὴς, à φροντίζω, &c. V.

Μερὶς, ίδος, ἡ, pars, communio: acc. μερίδα. Th. μείρω, divido.

Μερίσαι, a. 1. inf. m. verbi μερίζω, divido; q. v.

Μερισμὸς, οῦ, ὁ, divisio, distributio: à μερίζω, f. ίσω, perf. pass. μεμέρισμαι. Th. μείρω, divido.

Μεριστὴς, οῦ, ὁ, partitor: ab eod. verbo & Them.

Μεριστὸς, οῦ, ὁ, qui dividi potest, separabilis; ab iisd. cum præced. V.

ΜΕΡΜΑΙ'ΡΩ, μερμαίρω & μερμηρίζω, anxiè cogito, curo. Hinc μέρμερος, ου, curiosus, anxius percunctator: μέρμηρα, cura.

Μέρμερα, sollicita, acc. pl. à

Μέρμερος, ου, anxius. Them. μερμαίρω, curo.

Μερμέριος, curiosus percunctator, & exquisitus indagator, vel interrogator, &c. idem cum præced. Μέρμερος; & ab eod. V.

Μέρμηρα, ἡ, solicitudo, vel anxia & solicita cura; Item somnus levis, qui sub auroram occupat hominem; Schol. Aristoph. ab eod. Th. μερμαίρω; V.

Μερμηράων, genit. pl. Æol. pro μερμηρῶν, à μέρμηρα, ας, ἡ, cura. Them. μερμαίρω.

Μερμηρίζω, cogito; vi. in sequent.

Μερμήριξεν, cogitavit, 3. sing. a. 1. ind. act. Ion. verbi μερμηρίζω, f. ξω, idem quod μερμαίρω, curo.

ΜΕ'ΡΜΙΣ, ιθος, ἡ, funiculus, filum.

Μερόπεσσιν, hominibus, dat. pl. Ion. pro μέροψι, à μέροψ, οπος, divisam vocem habens: gen. pl. μερόπων · ex μέρος, pars. Th. μείρω, divido: & ὄψ, vox.

Μερόπηιος, humanus, in Epigr. & Μεροπηΐς, ἡ, humana, Oppian. à μέροψ, divisam vocem habens; hominis Epith. quòd, diversis utantur homines linguis, & linguarum dialectis in exprimendis animi cogitationibus per voces prophoricas, &c. V.

Μερόπων, vide in μερόπεσσιν.

Μέρος, εος, τὸ, pars: ἀπὸ μέρους, ex parte: ἀνὰ μέρος, vicissim: κατὰ μέρος, singulatim. Th. μείρω, divido.

Μέροψ, οπος, ὁ, homo: à μείρω, divido, & ὄψ, vox, quia vocem habet in diversos articulatos & significantes sonos divisum.

Μεσάβοιον, & Μεσόβιον, idem quod seq. μέσαβον, lignum inter boves junctos; vel ut alii, lorum quo temo jugo alligatur, &c. V.

Μέσαβον, ου, τὸ, medium lignum inter boves: dat. sing. μεσάβῳ · ex μέσος, medius, & βοῦς, bos.

Μεσαβόω, ῶ; boves jungo; Metaphor. verò ad alia quoque animalia transfertur; ex iisd, cum præced. V.

Μεσάγκυλον, amentatum jaculum; undè plur. neut. μεσάγκυλα δόρατα, instrumenta erant quibus Persæ utebantur, eo loco quo Macedones jaculis; ex μέσος, & ἀγκύλη, ης, ἡ, &c. V.

Μεσάζω, sum in medio; à Th. μέσος; vide.

Μεσαιπόλιος, ου, ὁ, ἡ, semicanus, qui media canæ ætatis attigit: ex μέσος, medius: & πολιὸς, canus.

Μεσαίτατος, η, ον, maximè medius: superl. pro inusitato μεσώτατος. Th. μέσος, ου, medius.

Μεσαμβρινὸς, Dor. pro μεσημβρινὸς, quod vide.

Μεσαμέριος, α, ον, Dor. pro μεσημέριος, & hoc pro μεσημβρινὸς, meridianus: quod vide.

Μεσάραιον, ου, τὸ, mesenterium: à μέση, media, & ἀραιά, venter.

Μεσάτιος, (pro quo Poëticè dicitur, μεσσάτιος,) idem quod μέσατος, Poëticè μέσατος, medius, &c. idem quod Them. μέσος; & ab eod. factum, ut τρίτατος, à τρίτος, &c. V.

Μέσατος, η, ον, Poet. per Sync. pro μεσαίτατος, superl. à μέσος, medius.

Μεσαύλιον, τὸ, idem quod seq. μέσαυλος, & ex iisd. V.

Μέσαυλος, ου, ὁ, vel μέσαυλον, ου, τὸ, locus in medio stabulo vel caulâ, locus in mediâ casâ: alias janua media inter duas aulas: ex μέσος & αὐλὴ, aula, stabulum.

Μεσαύχενες, exp. media cervice ligati; ex μέσος, & αὐχὴν, ένος, &c. V.

Μεσεγγυάομαι, ῶμαι, apud sequestrem pecuniam deponendam stipulor, vel contendo: Item pass. apud sequestrem deponor: ex μέσος, & ἐγγύη, sponsio.

Μεσεγγύημα, τὸ, id ipsum quod apud sequestrem deponitur, sequestrum, sequestratio; Xen. Item pro sponsione mercedis, & pretio δωροδοκίας, pro pacta mercede occulta; apud Æschin. est

est verbale, à præced. μεσεγγυάομαι, (& ex iisd. vi.) hoc verò à μεσέγγυος, ου, ὁ; qui ut sponsor intervenit; interventor, sequester, intercessor; ab ἔγγυος; unde ἐγγυάω, &c. quæ V.

Μεσεντέριον, ου, τὸ, in medio intestinorum situm corpus membranosum, venæ portæ ramos connectens; Gaza interpr. lactes; passim apud Aristot. ex μέσος, & ἔντερον, τὸ; V.

Μεσέρκιος, Epitheton. est Jovis; qui olim in medio τοῦ ἕρκους colebatur, Hesych. ex μέσος, & ἕρκος, εος, τὸ, claustrum, &c. V.

Μεσεύω, medius sum; i. e. utriusque particeps sum; ambigo circa utrumque, &c. à Th. μέσος; V.

Μεσήγαιος, idem quod μεσόγαιος; id vide.

Μεσηγὺς, & μεσηγὺ, adv. in medio, inter: à μέσος, medius.

Μεσήεις, εντος, Poëticè mediocris: ab eod. Th.

Μεσῆλιξ, qui mediæ ætatis est; ex μέσος, & ἡλικία, unde ἧλιξ, &c. V.

Μεσημβρία, ας, ἡ, meridies: q. medius dies, à μέση, ἡμέρα.

Μεσημβριάζω, & Μεσημβριάω, meridior; i. e. meridie dormio; Plat. in Phædro, sed dicitur & ipse sol μεσημβριάζειν; pro quo & μεσουρανεῖν; ut Poll. docet; utrumque ex præced. μεσημβρία; quod factum ex μεσημερία; per Sync. adjecto β. per Pleonasm. ut etiam Μεσημβρινὸς, pro μεσημερινὸς, &c. V.

Μεσημβρινὸς, ἡ, ὸν, meridianus: à præcedente.

Μεσημερία, & Μεσημέριος, idem quod μεσημβρία, & μεσημβρινός; quæ vi. in præced.

Μεσήπειρος, mediterraneus; ex μέσος, & ἤπειρος, terra continens, &c. V.

Μεσιρεύω, medius sum, pro μεσεύω; id V.

Μεσιτεία, ἡ, intercessio; à seq. μεσιτεύω, vel μεσίτης, &c. V.

Μεσιτεύω, sum mediator, intervenio, fide-jubeo: f. εύσω, perfect. μεμεσίτευκα: à

Μεσίτης, ου, ὁ, mediator, internuntius: Th. μέσος, medius.

Μεσοβασιλεὺς, interrex; unde Μεσοβασιλεία, ἡ, interregnum Plut. ex μέσος, & βασιλεὺς; V.

Μεσόβοιον, vide supra μεσάβοιον.

Μεσόγαια, ας, ἡ, loca mediterranea: ex μέσος, & γαῖα, terra.

Μεσόγαιος, & Μεσήγαιος, mediterraneus; idem quod seq. μεσόγειος; ut μεσόγεια, ἡ; idem quod μεσόγαια, &c. V.

Μεσόγειος, α, ον, mediterraneus, a, um; μεσόγειον, mediterraneum mare, 2 Mac. 8. 35. mendosè legitur μεσόδειον; ex iisd. cum præced.

Μεσογονάτιον, sive Μεσογόνιον, ου, τὸ; q. d. quod est inter genicula, internodium calami, seu arundinis; Theophr. l. 4. Hist. Pl. c. 12. ex μέσος, & γόνυ; unde γονάτιον, &c. vi. Sic Μεσόγραφος, semiscriptus; in medio exaratus; unde Μεσογράφους, lineas medias vocant Mathematici, cùm mesolabio (vi. μεσολάβιον) instrumento, inquirunt media proportionalia; ex μέσος, & γράφω, unde γραφὴ, &c. vi. Item Μεσόδικος, ου, ὁ, disceptator; qui scil. alteram partem præponderantem, ad æquilibrium, aut æquitatem reducit, honorarius arbiter: Item judex medius dici potest, ut Lat. medius amicus, qui neutri parti favet; unde in plur. masc. Μεσόδικοι, dicuntur à quibusdam, οἱ δικασταὶ; ut qui medii in lite judicanda, tum justissimi esse debeant; Aristot. Eth. l. 5. ex μέσος, & δίκη; V.

Μεσοδόμη, ἡ, est inusit pro quo contractè dicitur μεσόδμη; q. v.

Μεσόδμη, ης, ἡ, trabs per mediam domum trajecta: accipitur etiam pro foramine in mediâ navi cui malus inseritur, aut potius trabs transversa pertusa per quam demittitur, & à quâ retinetur: à μέσος, & δόμος, domus quod à δέμω, struo.

Μεσόδμα γυνὴ, apud Lacones; ex iisd. cum præced.

Μεσόζευγμα, figura à Gram. ita appellata, quum in medio clausularum verbum aliquod positum, & præcedentia nectit & sequentia; ex μέσος, & ζεῦγμα, τὸ, V.

Μεσοικέται, i. e. μέτοικοι, ἢ τὰς λαγόνας οἰκοῦντες, Hesych. ex μέσος, & οἰκέω; unde οἰκέτης, &c. V.

Μεσοκάρπιον, quod est in medio Καρποῦ; vel media pars καρποῦ; ex μέσος, & καρπὸς, junctura manûs, &c. vi. Sic Μεσοκνήμιον, dimidiatum crus, cruris dimidium, à Th. κνήμη, unde κνημία, ἡ; vi. Item Μεσόκρανον, media capitis, seu cranii pars, vertex; Poll. l. 2. a nomine κράνον, τὸ; vi. Μεσοκρινεῖς κίονες, à metallicis dicebantur στόλοι, οἱ κατελείποντο μέσοι ἀνέχειν τὴν γῆν; terræ moles, quam in medio, ceu columnam, relinquebant ad sustinendum cæteræ terræ pondus; à Them. κρίνω, (cujus comp. quædam desinunt in κρινὴς) &c. vi. Μεσοκώλεον, ου, τὸ, suffrago, & talus; pedis cum tibia compago, in Hippocr. à Th. κύαν, κωλὸς, &c. vi. Μεσόκωλον, ου, τὸ, Galenus mesenterium interpretatur, partis vocabulum pro toto accipiens; sed propriè signif. partem eam mesenterii quæ crassis intestinis continua est; ut quæ pertinet ad tenuia intestina; Hippocr. l. 6. epidem. à Th. κῶλον, τὸ, membrum: Item intestinum crassum, &c. vi. Μεσολαβέω, medium capio, medium prehendo; vel in medio cursu prehendo, intercipio, anteverto, &c. in pass. Μεσολαβέομαι, intercipior in medio cursu; unde Μεσολάβιον, & Μεσόλαβον, mesolabium, instrumentum mathematicum ad inveniendum media proportionalia; de quo Vitruv. l. 9. c. 3. à Th. λαμβάνω, unde λαβὴ, ἡ, &c. vi. Μεσόλευκος, albo intermixtus, seu distinctus; vel cui aliquid albedinis quasi in medio positum est; Athen. l. 12. à Th. λευκὸς, vi. Μεσομήρια, τὰ; q. d. interfemina, spatium quod est inter femina, seu femora, à Th. μηρὸς, ὁ, comp. ut reliqua præced. cum Th. μέσος, &c. V.

Μεσομφάλιον, τὸ, medius umbilicus, vel simpl. umbilicus; Poll. l. 2. exp. etiam, umbilicus clypei; à seq. μεσόμφαλος, in medio umbilico situs, &c. V.

Μεσόμφαλος, ου, ὁ, ἡ, umbilicum in medio habens: ex μέσος, medius, & ὀμφαλὸς, umbilicus.

Μέσον, τὸ, mediocritas, decorum, modus; ut τοῦ μέσου τυγχάνειν, modum assequi, & retinere; est neut. à Th. in masc. μέσος; V.

Μεσοναῦται, dicuntur in navibus, medii inter nautas & vectores, quales fere sunt mediastini in domo; qui in medio ac propatulo, ad nutus omnes excubant, sicut in aulis μεσαύλιοι; Item Μεσόνεοι, remiges qui in media navi sedent, apud Aristoph. ex μέσος, & Th. ναῦς, in gen. ναὸς, & Atticè νεὼς, undè ναύτης, &c. V.

Μεσονύκτιον, ου, τὸ, media nox: q. d. μέσον νύξ.

Μεσονύκτιος, usurpatur etiam adj. ut in neut. μεσονύκτιον πνεῦμα, ventus, de media nocte surgens, &c. Aristoph. ex μέσος, & νὺξ, νυκτὸς, unde νύκτιος, &c. vide.

Μεσοπαγὴς, in medio compactus; unde Μεσσοπαγὴς, usque ad medium terræ defixum, Poëticè, Μεσσοπαγὲς, Il. φ. v. 169. ex μέσος, & πήγνυμι, a. 2. verbi πηγνύω, f. πήξω, &c. vi. Sic Μεσοπαλὴς, quod ex medio vibratur & quassatur; à Th. πάλλω, f. παλῶ, unde πάλος, ὁ, &c. vi. Item Μεσοπερσικὰ, τὰ; vel Μεσοπερσικαὶ, αἱ, semipersica, calceamenti muliebris genus, calceis Persicis simile; Hesych. & Poll. l. 7. c. 23. à πέρσης, unde περσικὸς, &c. vi. Item Μεσόπλευρος, sive Μεσοπλεύριος, qui in medio latere est; unde neut. pl. τὰ μεσόπλευρα, mediæ costæ, Poll. l. 2. ex. Them. πλευρὰ, unde πλευρὸν, τὸ, comp. ut præced. cum Them. μέσος, &c. V.

Μεσοπολιὸς, & Μεσαιπολιὸς, οῦ, ὁ, semicanus, senectuti vicinus, qui medium canæ ætatis attigit; ex μέσος, & πολιὸς, vi. pro μεσαιπολιὸς, mendosè in quibusdam libris μεταιπολιὸς, scribitur ad Il. ν.

Μεσοπορεῖν, medium iter tenere: ex μέσος, medius, & πόρος, transitus. Th. πείρω, transeo: p. m. πέπορα.

Μεσόπορος, q. d. per medium iter ingrediens, seu in medio ambulans; ex iisdem cum præced. V.

Μεσοποταμία, spatium inter duo flumina, apud Strab. ex μέσος, & ποταμὸς, unde ποτάμιος, &c. V.

Μεσοποταμία, ας, ἡ, MESOPOTAMIA, nomen regionis. Gr. interamnis.

Μεσόπυκνος, harmonia; est τὸν ἦχον τῶν πυκνῶν in mediis gradibus musicæ scalæ; unde pl. masc. μεσόπυκνοι, soni qui media spissi possident; ex μέσος, & πυκνὰ, unde πυκνὸς, ὁ; vi. Item Μεσοπύργιον, τὸ; ea pars muri, quæ inter duas turres media est; à Th. πύργος, unde πυργίον, τὸ, &c. vi. Μεσοπωρέω, in medio autumni sum; vel in media maturitate; ex μέσος, & ὀπώρα, ας, ἡ; vi. Item Μεσόριον, & Ionicè, Μεσούριον, terminus, seu limen inter duas regiones medium, & eas disterminans; à Th. ὅρος, unde ὅριον, τὸ; vi. Μεσόρεμβος, ου, ὁ, vinculum quoddam est circa medium involutum; à Them. ῥέμβω; unde ῥόμβος, ὁ, comp. ut præced. cum Th. μέσος, &c. vide.

ΜΕ'ΣΟΣ, ου, MEDIUS: in f. g. μέση. Sed μέσον, ου, τὸ, substantivè, medietas, dimidium. Hinc μεσότης, ητος, ἡ, medietas, medium: μεσόω, sum in medio: μεσίτης, ου, ὁ, mediator.

Μεσοσυλλαβέω, complector, seu comprehendo medium, intercipio; ex μέσος, & συλλαμβάνω, unde συλλαβὴ, &c. vi. Item Μεσοσχιδὴς, in medio, seu per medium fissus; Diosc. ex μέσος, & σχίζω, unde σχίδη, &c. V.
Μεσότης, vi. in Them. μέσος.
Μεσότοιχον, ου, τὸ, intergerinus paries: ex μέσος, medius, & τοῖχος, paries.
Μεσότοιχος, ὁ, & Μεσοτοίχιον, τὸ; paries interjectus & medius; idem quod præced. μεσότοιχον, & ex iisd. id V.
Μεσοτόμος, per medium sectus; (Poët. μεσσότομος, in Epigr.) Unde Μεσοτομέω, medium, seu per medium seco; ex μέσος, & τέμνω, unde τομὴ, & τόμος, &c. vi. Item Μεσοτειγλυφίον, intercolumnium; idem quod μεταξυτειγλυφίον; ex μέσος, & τρίγλυφος; id vi. Item Μεσοτύλακον, ου, τὸ, testiculus, αἰδοῖον, genitale; ex τύλος, ὁ, callus, seu callum; Item τὸ αἰδοῖον, Poll. l. 2. &c. vide.
Μεσουράνημα, ατος, τὸ, medium cœli: à μεσουρανέω, sum in medio cœli: ex μέσος, & οὐρανὸς, cœlum.
Μεσουράνησις, εως, ἡ; idem quod μεσουράνημα, τὸ, quum sidus aliquod medium cœli tenet: Item Μεσουράνιον, ου, τὸ, cœli medium, seu umbilicus; ex iisd. cum præced. V.
Μεσοῦριον, idem quod & pro μεσόουριον; id vide.
Μεσόφρυον, τὸ, medium quod est inter utrumque supercilium; quod & (μετώπιον appellatur; Poll. l. 2.) à Th. ὀφρὺς, ύος, unde ὀφρυὴ, ἡ, &c. vi. Item Μεσόχθων, mediterraneus; unde pl. masc. μεσόχθονες, οἱ, mediterranei, à χθὼν, ονὸς, ἡ; vi. Μεσόχλοος, dimidia ex parte virens, à Them. χλόα, unde χλόος, &c. vi. Item Μεσόχορος, qui medius est in choro; à Them. χορὸς, comp. ut reliqua præced. cum Th. μέσος; V.
Μεσοῦσης, gen. sing. præs. part. f. g. à
Μεσόω, sum medius: præs. part. μεσόων, ῶν, όουσα, οῦσα, όον, οῦν. Th. μέσος.
ΜΕΣΠΙ'ΛΗ, ης, ἡ, MESPILUS arbor.
Μέσπιλον, ου, τὸ, MESPILUM, fructus mespili: à præced.
Μεσπιλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, mespilo similis, ad mespili naturam accedens, seu mespilaceus; à præced. Th. μεσπίλη; V.
Μέσσαβον, & Μεσσαβόω, &c. idem quod μέσαβον, &c. V.
Μεσσάνιος, ω, ὁ, Dor. pro Μεσσήνιος, ου, ὁ, Messenius.
Μέσσατος, pro μέσατος, Poët. idem quod μέσος, medius.
Μεσσάτιος, Poët. pro μεσάτιος, idem quod μέσατος, &c. V.
Μεσσηγὺς, vel μεσσηγὺ, inter. Th. μέσος.
Μεσσηγυδορποχέσης, ου, ὁ, qui inter cœnam cacat; qui inter cœnandum subindè surgit è mensa ad exonerandam alvum; Eust. ex Hipponacte; ex μεσσηγὺ, δόρπον, & χέζω, f. έσω, &c. V.
Μεσσήρης, medius, intermedius; ut μεσσήρης Σείριος, medius Sirius; apud Euryp. à μέσος, Poët. pro Th. μέσος, &c. V.
Μεσσίας, ου, ὁ, Messias: vox Heb. Latinè unctus. Gr. χριστός.
Μεσσίδιος, seu μεσίδιος, medius, æqualis, seu par; Item Μεσσίτιος, sive μεσίτιος, medius, intermedius; ut μεσίτιος ἄρχων, princeps qui ad neutram partem magis inclinat; Aristot. Polit. l. 5. c. 6. à Th. μέσος, Poët. μέσσος, &c. V.
Μεσσόγυιος, qui mediæ est ætatis; ὁ ἐν μέσῃ τῇ ἡλικίᾳ γεγονὼς, Hesych. ex μέσος, & γυῖος, τὸ; V.
Μεσσόθι, seu Μεσσόθεν; è vel ex medio: Item Μεσσόθι, in medio; utrumque à seq. μέσσος; V.
Μέσσοισιν, dat. pl. Ion. & Poët. à
Μέσσος, Poët. pro Μέσος, ου, medius: dat. μέσσῳ, pro μέσῳ.
Μεσσοφανὴς, in medio apparens; ex μέσσος, & φαίνω, cujus varia comp. desinunt in φανὴς, &c. V.
Μεσσωτὴρ, ῆρος, ὁ; qui se interponit certamini; ὁ μεσιτεύων κατὰ τὸν ἀγῶνα, Hesych. à Th. μέσος, Poët. μέσσος, unde μεσσόω, &c. V.
Μέσταξ, κος, ὁ καὶ ἡ; i. e. μεμασσημένη τροφὴ; Hesych. h. e. cibus præmansus; à Th. μασσάομαι, unde μαστάζω, & μάσταξ, &c. V.
Μεστῇ, dat. sing. f. g. à
ΜΕΣΤΟ'Σ, ὴ, ὸν, plenus, a, um; refertus, cum gen.
Μεστόω, ῶ, repleo, refercio: f. ώσω, p. μεμέστωκα, præs. pass. μεστόομαι, οῦμαι, plenus sum, impleor, perf. pass. μεμέστωμαι, perf. part. pass. μεμεστωμένος. Them. μεστὸς, plenus.
ΜΕ'ΣΦΑ, Poët. pro μέχρι, dum, donec.
Μέσως, adv. mediocriter, intra modum. Th. μέσος, medius.
Μετ' pro μετὰ; quod V.
ΜΕΤΑ`, cum gen. cum, per, inter: cum acc. post, secundum, in, propter: cum acc. Poët. pro πρὸς vel ὅτι. Μετὰ sine casu apud Poët. est postea, deinde. Æolicum est, κατὰ usurpare pro μετά. In compositione significat mutationem: interdum otiosum est. Notetur Metathesis Luc. 15. 3. μετ' οὐ, pro οὐ μετά at
Μέτα, retracto accentu est μέτεστι, simul est.
Μεταβαίνω, digredior, f. μεταβήσομαι, perf. μεταβέβηκα, a. 2. μετέβην, ης, η, a. 2. imperat. μετάβηθι, a. 2. sub. μεταβῶ, ῇς, ῇ, a. 2. part. μεταβὰς, άντος, digressus: ex μετὰ & βαίνω, eo.
Μεταβαλεῖν, a. 2. inf. act. à
Μεταβάλλω, muto, f. μεταβαλῶ, p. μεταβέβληκα, a. 2. μετέβαλον, p. m. μεταβέβολα, unde μεταβολὴ, mutatio: εὐμετάβολος, ου, ὁ, ἡ, facilis mutatu. Th. βάλλω, jacio.
Μεταβάπτω, demùm tingo; alio colore inficio; apud Luc. ex μετὰ, & βάπτω; V.
Μεταβὰς, άντος, digressus, a. 2. part. act. verbi Μεταβαίνω, digredior: quod V.
Μεταβᾶσαι, Dor. pro μεταβῆσαι, a. 1. inf. act. verb. μεταβαίνω, digredior, f. ήσω, à βαίνω, eo: vel Poët. à μεταβιβάζω, transfero, f. άσω.
Μετάβασις, ιος, ἡ, transitio, transitus sedis, seu loci mutatio, variatio, &c. Item Μεταβατικὸς, q. d. transitivus; ut μεταβατικὴ κίνησις, motus transitivus; unde adv. Μεταβατικῶς, q. d transitivè; ut μεταβατικῶς κινητὰ, apud Phil. quæ transitu moveri, & quasi motu locali uti queunt, omnia verbalia à Μεταβαίνω; V.
Μεταβεβήκαμεν, 1. pl. perf. act. verbi μεταβαίνω, digredior; q. v.
Μεταβῇ, 3. sing. a. 2. sub. act. &
Μετάβηθι, a. 2. imperat. act. verbi μεταβαίνω, digredior; q. v.
Μεταβήσεται, 3. sing. f. 1. m. ejusdem verbi.
Μεταβιβάζω, transfero, averto, aliò abduco; Item ab opinione deduco; i. e. μεταπείθω, ex μετὰ, & βιβάζω; V.
Μεταβλαβὴς, έος, ὁ, ἡ, damnosus: à βλάπτω, noceo: f. ψω.
Μεταβλαστάνω, germen muto, mutato germine pullulo; ex μετὰ, & βλαστάνω, vi. Item Μεταβλέπω, prospicio, ex μετὰ & βλέπω; V.
Μεταβληθῶσι, 3. pl. a. 1. sub. pass. verbi μεταβάλλω, muto; q. v.
Μεταβλητικὸς, & Μεταβλητὸς, mutabilis, commutabilis; item qui mutationem facit; unde Μεταβλητικὴ, permutatoria ars, ratio; sive ars rerum contrahendarum, permutatio venditioque, verbalia à μεταβάλλω, permuto, &c. vide.
Μεταβοθρεύω, mutato scrobe planto, transplanto; ex μετὰ & βόθρος, ὁ; V.
Μεταβολὴ, ῆς, ἡ, mutatio: à μεταβάλλω, muto, p. m. μεταβέβολα. Them. βάλλω, jacio.
Μεταβολεὺς, qui merces mercibus, aut etiam pecuniâ commutat; Item Μεταβολικὸς mutabilis, commutabilis, & Μετάβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, negotiator, propola; idem quod μεταβολεὺς, unde μεταβολία, permutatio; omnia à præced. μεταβολὴ; id vide.
Μεταβουλεύεσθαι, consilium vel sententiam mutare: ex μετὰ & βουλεύω consulto. Th. βουλὴ, consilium.
Μετάβουλος, qui citò mutat consilium Aristoph. ex iisd. cum præced. μεταβουλεύομαι, me pœnitet, &c. V.
Μεταγγέλλομαι, promitto; ex μετὰ & ἀγγέλλομαι; V.
Μετάγγελος, ου, ὁ, ἡ, internuntius, nuntius. Th. ἀγγέλλω, nuntio.
Μεταγγίζω, in aliud vas fundo, Latini elutriare dicunt, decapulare, deplere & transfundere; unde verbale Μεταγγισμὸς, οῦ, ὁ, elutriatio, Diosc. ex μετὰ, & ἄγγος, τὸ; unde etiam ἀγγεῖον, τὸ, &c. V.
Μεταγειτνιὼν ῶνος, ὁ, mensis secundus Atheniensium, in quo Apollini μεταγειτνίῳ, sacrificabant: γειτνία, est vicinia.
Μεταγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, posterior, posterior natus; unde μεταγενέστερος, minor natu; qui post natus est, à μεταγίνομαι, vel μεταγίγνομαι, sum post; vel natus sum post; ex μετὰ, γείνομαι, γίγνομαι, vel γίνομαι, &c. quæ vide. Item Μεταγιγνόμενον, ου, τὸ, aliter factum; neut. particip. à μεταγίγνομαι; vide.
Μεταγινώσκειν, pœnitentiâ duci, & sententiam mutare: ex μετὰ & γνώσκω, cognosco, f. γνώσομαι, p. ἔγνωκα, a. 2. ἔγνων.
Μετάγνωσις, εως, ἡ, pœnitentia: à præcedente.
Μετάγκεια, ἡ, exp. vallis, convallis, idem quod Th. ἄγκος, τὸ; unde etiam ἀγκίον, τὸ, comp. cum μετὰ, &c. V.
Μεταγραφὴ, descriptio libri & exemplum; Item Μεταγραφεὺς, exscriptor, qui transcribere solet: utrumque à seq. μεταγράφω; V.

Μεταγράφω, muto scriptum: exscribo, transcribo: ex μετὰ & γράφω, scribo: f. ψω, p. φα.

Μετάγω, circumago; f. μετάξω. præs. pass. μετάγομαι, ῃ, εται. Th. ἄγω, duco.

Μεταγωγὴ, translatio, traductio; item, μεταγωγὸς, translator; utrumq; à præced. μετάγω, transfero, traduco; interdum, dimoveo; item, sequor cum exercitu; Xen. Pæd. 7. &c. V.

Μεταδαίομαι & μεταδαίνυμαι, convivor; inter alios epulor, cum aliis particeps sum epuli; item, divido, partior; & passivè, dividor, ex μετὰ & δαίω; epulum præbeo; item, divido, &c. V.

Μεταδὲ, dehinc; post, postquam; mox, interea; à μετὰ, comp. cum δέ.

Μεταδεδογμένος, ου, ὁ, qui est mutatâ opinione & consilio; ut μεταδεδογμένῳ μοι, mihi sententiam revocanti; ex μετὰ & δέδογμαι, præt. pass. (unde part. δεδογμένος,) à Th. in act. δοκέω, fut. δόξω, &c. V.

Μεταδήμιος, ου, ὁ, ἡ, qui in populo versatur, præsens in populo. Th. δῆμος, populus.

Μεταδιαιτάω, vel -τέω, τῶ, vitæ genus commuto, transmuto vivendi modum; ex μετὰ & δίαιτα; unde διαιτάω, ῶ, &c. V. Sic, μεταδιδάσκω, dedocens priora, novâ doctrinâ imbuo; Plut. ex μετὰ & διδάσκω, V.

Μεταδίδωμι, impertio. f. μεταδώσω. p. μεταδέδωκα. a. 2. μετέδων, ας, ω, a. 2. imperat. μετάδος, ότως. a. 2. sub. act. μεταδῶ, ῷς, ῷ, a. 2. inf. μεταδοῦναι. a. 2. part. μεταδοὺς, όντος, præs. inf. μεταδιδόναι. præs. part. act. μεταδιδοὺς, όντος. Th. δίδωμι, do.

Μεταδιώκω, persequor, insequor; item, vestigo, inquiro; ut μεταδιώκειν τὴν ἀλήθειαν, apud Greg. Unde, μεταδιωκτέον, persequendum est; & μεταδιωκτὸς, οῦ, ὁ, persequendo captus; quem nacti sunt qui insequebantur, &c. Ex μετὰ & διώκω, &c. V.

Μεταδοίην, ης, η, a. 2. opt. act. præced. verbi.

Μεταδοκεῖ, cœpti pœnitet, & consilii; ut μεταδοκεῖ μοι, mutatâ sententiâ, seu mutato consilio, censeo; vel mihi videtur; Dem. ad Lep. vide seq.

Μεταδοκεῖν, sententiam mutare. Th. δοκέω, censeo.

Μεταδοξάζω, opinionem muto, ut, μεταπείθομαι, ut Bud. exponit, apud Plat. ex μετὰ & δοξάζω; Vide. Item, μεταδόξας, qui mutavit consilium, &c.

Μεταδόρπιος, cœnatus, à cœna; cùm de persona dicitur; at cùm de re, idem quod ἐπιδόρπιος; q.d. postcœnius; Od. δ. Unde neut. plur. μεταδόρπια, τὰ, secundæ mensæ, vel cœnæ, postcœnia; ex μετὰ & δόρπον, τὸ, V.

Μετάδοσις, communicatio, & q. d. impertitio; collatio, &c. Ut, μετάδοσις τῶν καρπῶν, communicatio fructuum; item, μεταδόσεις ποιεῖσθαι, est permutationes facere, &c. Item, μεταδοτικὸς, communicativus; qui libenter communicat, seu, impertitur; item, qui libenter erogat, erogatorius; ut etiam μεταδότης, exp. etiam erogatio, apud Plut. Utrumque verbale, à μεταδίδωμι, V.

Μεταδοῦν pro μεταδοῦναι, participem facere, a. 2. inf. act. verbi μεταδίδωμι, quod vide.

Μετάδουποι, intermediæ, incertæ; nom. pl. à

Μετάδουπος, ου, ὁ, ἡ, intercidens, i.e. inter alios medius cadens: ex μετὰ & δοῦπος, sonus aquarum.

Μεταδρομάδην, cursim, adv. &

Μεταδρομὴ, ῆς, ἡ, discursio, transcursus: à μετατρέχω, transcurro. Th. τρέχω, curro, f. θρέξω. p. δεδράμηκα. a. 2. ἔδραμον, p. m. δέδρομα.

Μετάδρομος, transcursor; incursor; item, animadversor, ultor; q.d. qui currit post aliquem ad pœnas de eo sumendas; ab iisd. cum præced. V.

Μεταδρεπάδην, postea decerpendo, aut colligendo; ex μετὰ & δρέπω, &c. Vide.

Μεταδύω, post occido: ex μετὰ & δύω, seu, δύνω, subeo, ingredior, occido, &c. V.

Μεταδῶ, ῷς, ῷ, a. 2. sub. act. verbi μεταδίδωμι, quod vide.

Μεταείσεσθαι, Poët. pro μετείσεσθαι, f. 1. inf. m. verbi μέτειμι, intersum, quod vide.

Μεταζευγνύω, & μεταζεύγνυμι, transjungo; unde, μετάζευγμα, q. d. transjunctio; item, figura grammatica; idem quod μεσόζευγμα, id V. suprà.

Μεταθεῖναι, a. 2. inf. act. μεταθεὶς, a. 2. part. verbi μετατίθημι, transfero, quod vide.

Μετάθεσις, εως, ἡ, mutatio, translatio, amotio, METATHESIS, seu transpositio figura: ab eod. verbo.

Μεταθέω, curro post, i.e. cursu persequor; item, transcurro, cursu permetior, Xen. ex μετὰ & θέω, V.

Μεταθρόος, coacervatus, simul totus, &c. (idem quod Th. ἀθρόος, confertus, in unum collectus; universus;) unde adv. μεταθρόα, universim, confertim; ex μετὰ & ἀθρόος, V.

Μεταΐγδην, insequendo cum impetu, Apoll. arg. 2. est adv. à μεταΐσσω, id vide.

Μεταΐζω, considео, unà sedeo; Od. π. ex μετὰ & ἵζω, V.

Μεταΐξας, a. 1. part. act. μεταΐσσω, irruo. Th. ἀΐσσω, ruo.

Μεταίρω, solvo, navi proficiscor. f. μεταρῶ. a. 1. act. μετῆρα, ας, ε. ex μετὰ & αἴρω, tollo.

Μεταΐσσω, exponitur μεταδιώκω, insequor; Il. φ. ex μετὰ & ἀΐσσω, irruo, &c. Vide.

Μεταιτέω, aliquid affecto, unà cum alio vel aliis peto. Th. αἰτέω. f. ήσω, peto.

Μεταίτιος, ejusdem causæ culpæve particeps: vel auctor. Th. αἰτία, causa.

Μεταίτης, & μεταίτης (idem quod ἐπαίτης) qui stipem petit, seu, corrogat; mendicus, à μεταιτέω, quod ex μετὰ & αἰτέω, &c. V.

Μεταίφνιος, repentinus; ex μετὰ & αἰφνὴς, id V.

Μεταίχμιον, ου, τὸ, campus seu spatium inter duas acies. Th. αἰχμὴ, cuspis, bellum.

Μετακαθίζω, transpono, mutatâ sede loco; ex μετὰ & καθίζω, V.

Μετακαλέω, ῶ, ad me voco, accerso; Aristoph. in Pluto; item, revoco; Thuc. Unde in pass. seq. μετακαλέομαι, accersor; item, revocor; ex μετὰ & καλέω, &c. Vide.

Μετακαλέομαι, οῦμαι, accerso: cum acc. f. 1. m. καλέσομαι, ῃ, εται. a. 1. m. μετεκαλησάμην, ω, ατο. a. 1. imperat. m. μετακάλεσαι, accerse: ex μετὰ & καλέω, voco.

Μετακάρπιον; quod est post καρπόν; i.e. palma; quæ pars infra digitos aperitur & in illis finditur; inquit Camer. sive, metacarpium, est pars manûs, à junctura, usque ad digitorum fissuram; (ei respondet in pede τὸ πεδίον; id V.) ex μετὰ & καρπὸς, junctura manus, &c. Vide.

Μετάκειμαι, transponor, transferor; item, Metaphoricè verba apud Rhetores μετακεῖσθαι, transferri dicuntur; ex μετὰ & κεῖμαι; V. Item, μετακεράννυμι; transfundo; Diosc. l. 1. c. 63. Unde μετάκερας, ατος, ὁ & ἡ, attemperatus; temperatus; temperatus atque tepidus; i.e. qui medii temperamenti est; ut μετάκερας ὕδωρ, aqua tepida, Athen. l. 2. & 3. Item, μετακεράσας, qui transfudit; transferens, vel, transfundens; (part. a. 1.) diffundens, &c. Sic etiam, μετακέρασμα, τὸ, temperamentum; medium scil. quoddam temperamentum ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, caloris & frigoris; unde apud Hippocr. peculiariter sumitur pro aqua lactei tepotis; ex μετὰ & κεράννυμι; unde κέρασμα, τὸ, &c. Vide.

Μετακιάθω, abeo indè ad, transeo: imperf. μετεκίαθον, ες, ε. ex μετὰ & κίω, eo.

Μετακινέω, dimoveo. f. ήσω. p. μετακεκίνηκα. a. 1. μετεκίνησα ex μετὰ & κινέω, moveo.

Μετακίνησις, dimotio, mutatio; Zach. 13. Item, μετακινητὸς, qui transmoveri, seu, dimoveri potest; item, qui mutari potest; mutabilis; Plut. in Symp. sept. sap. Utrumq; à præced. μετακινέω, vide.

Μετακλαίω, lacrymis & fletu prosequor. f. 1. inf. m. μετακλαύσεσθαι. Th. κλαίω, fleo. f. κλαύσω.

Μετακλαύσεσθαι, in μετακλαίω.

Μετακλείω, mutato nomine appello; q.d. transnomino; ex μετὰ & κλείω, celebro; memoro, dico, &c. V.

Μετάκλησις, accitus, seu, accersitio; est verbale, à μετακαλέω, μετακαλέομαι, &c. V.

Μετακλίνω, declino; unde verbale, μετάκλισις, inclinatio, deflexio, reclinatio, &c. Ex μετὰ & κλίνω; V. Item, μετακομίζω, transveho, transporto, in pass. μετακομίζομαι, transvehor, Polyb. ex μετὰ & κομίζω, porto, &c. V. Μετακόνδυλοι, dicuntur tubera in ea digiti junctura, quæ vicina est metacarpio; Poll. ex μετὰ & κόνδυλος; μετακοσμέω, ῶ, q. d. aliter compono.

compono, in alium statum compono, seu, in aliam formam; unde verbale, μετακόσμησις, alia compositio; Plut. & Luc. Item, μετακόσμια καὶ ἄτομοι, dixit Epicurus; quòd Cicero intermundia & individua transtulit; apud Laërt. & Suid. reperitur etiam neut. sing. μετακόσμιον; ex μετὰ & Th. κόσμος; unde κοσμέω, &c. V. Μετακτίζω, aliter condo, seu, formo; transformo; ex μετὰ & κτίζω, &c. V.

Μετακυλινδεῖν, inflectere, præs. inf. act. ex μετὰ & κυλινδέω. Th. κυλέω, volvo.

Μετακύμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, post fluctus advenicns, seu, fluctibus succedens; tranquillus; seu, qui post fluctus tranquillitatem præstat; unde apud Euryp. in Alcest. Apollo invocatur, ut sit μετακύμιος ἄτας, i. e. calamitati finem imponat, qua, tanquam fluctu, obruta erat Admeti domus, unde in neut. τὸ μετακύμιον exp. etiam intervallum quod est inter fluctus; apud Schol. Euryp. ex μετὰ & κῦμα, τὸ, V.

Μεταλαβεῖν, a. 2 inf. act. μεταλάβω, 3. sing. a. 2. sub. act. sequentis.

Μεταλαγχάνω, mutatis vicibus sortior; seu, præsenti sorte amissâ & mutatâ aliâ sorte obtineo, & quasi sortitò muto; item, serò ad muneris functionem accedo, apud Plat. ex μετὰ & λαγχάνω, V.

Μεταλαμβάνω, capio, percipio, particeps sum, commuto, cum gen. imperf. μετελάμβανον, ες, ε. f. μεταλήψομαι, a. 2. μετέλαβον, ες, ε, nactus sum, cum acc. Th. λαμβάνω, capio.

Μεταλδήσκω, prodeco; Apollon. ex μετὰ & ἀλδέω; unde, ἀλδήσκω, &c. V. Sic, μεταλήγω, desino, desisto, cesso; idem fere cum Th. λήγω; comp. cum præp. μετὰ, V.

Μεταλήξαντι cessanti, dat. sing. a. 1. part. act. verbi μεταλήγω. Th. λήγω, cesso. f. ξω.

Μεταληπτὸς, οῦ, ὁ, cujus particeps aliquis fieri potest; item, qui potest exponi; unde, μεταληπτικὸς, οῦ, ὁ, participandi vim habens; item, pertinens ad figuram illam quæ μετάληψις, appellatur; quum scil. casus qui præcedit, suam ἀκολουθίαν, non servat; sed in alium casum μεταλαμβάνεται, aut, μετακλίνεται; de ea figura grammatica, vide plura apud Eustath. à quo etiam exp. allegoria. Item, μεταληπτικῶς, adv. per Metalepsin; omnia, à μεταλαμβάνω, V.

Μετάληψις, εως, ἡ, participatio; commutatio, transumptio; item METALEPSIS figura: ex μεταλαμβάνω, quod vide.

Μετάλλα, perscrutare, præs. imperat. act. verbi μεταλλάω, quod vide.

Μεταλλαγὴ, ῆς, ἡ, &

Μετάλλαξις, εως, ἡ, mutatio, immutatio: à μεταλλάττω, quod vide.

Μεταλλάσαντας, Dor. pro μεταλλήσοντας, acc. pl. f. 1. part. act. verbi μεταλλάω, quod vide.

Μεταλλατὸς, οῦ, Dor. pro μεταλλητὸς, qui indagari potest: à μεταλλάω, quod vide.

Μεταλλάττω, transmuto. f. ξω. p. μετήλλαχα. a. 1. μετήλλαξα, ας, ε. Th. ἀλλάσσω, vel -ττω, muto. f. ξω.

Μεταλλάω, scrutor, diligenter inquiro: f. ήσω. μετάλλησαν, 3. pl. a. 1. ind. act. Ion. Th. μέταλλον.

Μεταλλεία, ἡ, metallorum scrutatio; Poll. Metaphoricè dicitur de ductu subterraneo quo cuniculi aguntur; à seq. verbo μεταλλεύω, V. Unde etiam, μεταλλευτὸς, qui à metallicis effoditur, & elaboratur; & μεταλλεὺς, έως, ὁ, metallorum scrutator, & effossor; metallicus; qui circa metalla, & fodinas versatur; Poll. in Suid. Item, μεταλλικὴ, ἡ ratio metallica, Aristot. 1. Polit. Sic etiam legitur μετάλλειον, unguentum metallicum; vel, à Th. μέταλλον; vel, à Metallo Siculo inventore nuncupatum; Etymol.

Μεταλλευτικὸς, οῦ, metallicus: à seq.

Μεταλλεύω, f. εύσω, metalla eruo; & per Metaph. scrutor. Th. μέταλλον.

Μεταλλίζεσθαι, in metallum damnari; in Pand. Gr. Item, μεταλλικὸς, οῦ, ὁ, METALLICUS; Medicis autem μεταλλικὰ, τὰ; dicuntur ea quæ in metallis generantur; sive, sponte naturæ, seu, per fornacem producantur; item, μεταλλίτης, ου, ὁ, metallites; & in fœm. gen. μεταλλῖτις γῆ, terra metallica; omnia, à seq. Th. μέταλλον, τὸ, V.

Μετάλλομαι, post insilio, persequendo insilio; Il. ε. ex μετὰ & ἅλλομαι, vide.

ΜΕ'ΤΑΛΛΟΝ, ου, τὸ, METALLUM; fodina: à μετὰ & ἄλλα, quia aliud post aliud eruitur; hinc μεταλλάω, scrutor, inquiro.

Μεταλλουργὸς, metallicus; qui in terræ visceribus operatur, metalla scrutando & elaborando; unde, μεταλλουργέω, metalla effodio; Diosc. ex μέταλλον & ἔργον, τὸ, V.

Μετάλμενος, transiliens, per Syncop. pro μεθαλλόμενος, præs. part. ex μετὰ & ἅλλομαι, salio.

Μεταλωφάω, post respiro, tandem respiro; ex μετὰ & λωφάω, V.

Μεταμάζιος, ου, quod medium est inter mamillas: μεταμάζιον, n. g. pectus: ex μετὰ, inter, & μαζὸς, οῦ, ὁ, mamilla.

Μεταμαίεσθαι, Poët. pro μεταζητεῖν. Vide simplex μαίομαι, quæro, vestigo.

Μεταμανθάνω, addisco, vel relicto priore aliud disco; dedisco: præs. part. μεταμανθάνων, οντος. Th. μανθάνω, disco: f. μαθήσω. p. μεμάθηκα. a. 2. ἔμαθον.

Μεταμείβω, transmuto; Mosch. Idyll. 1. Ex βοὸς ἐυκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα; ex μετὰ & ἀμείβω; V. Unde etiam, μετάμειψις, transmutatio.

Μεταμέλει, pœnitet, imperson. à μέλει, curæ est.

Μεταμέλεια, ας, ἡ, pœnitentia, mutatio consilii: à præced.

Μεταμεληθεὶς, έντος, pœnitentia ductus, a. 1. part. pass. μεταμεληθῆναι, a. 1. inf. act. à μεταμέλομαι, quod vide.

Μεταμελητικὸς, pronus ad pœnitentiam; Aristot. Eth. 7. facilis ad pœnitendum, &c. à μεταμέλομαι, vel, à μεταμελέομαι, fut. ήσομαι vel, in act. μεταμελέω, fut. ήσω, &c. V.

Μεταμελίη, Ion. pro μεταμέλεια, pœnitentia.

Μεταμέλομαι, & έομαι, οῦμαι, pœnitentiâ ducor, pœnitet me: imperf. μετεμελόμην, & -εόμην, ούμην, perf. pass. μεταμεμέλημαι. a. 1. pass. μετεμελήθην. a. 1. part. pass. μεταμεληθεὶς. f. 1. pass. μεταμεληθήσομαι, ῃ, εται. pœnitebit me: ex μετὰ, post, & μέλομαι, curo. Th. μέλει, curæ est.

Μετάμελος, ου, ὁ, pœnitentia; Thuc. l. 7. Item, apud Plat. adjectivè sumitur pro, pœnitens; à μεταμέλει; vel, à μεταμέλομαι, quæ V.

Μεταμέλπομαι, simul cano; Hom. hymn. 1. in Apoll. ex μετὰ & μέλπω, canto; unde μέλπομαι, &c. Vide.

Μεταμέμβλομαι, idem quod ab, & pro μεταμέλομαι, id V. Unde, μεταμέμβλεται, vel, μεταμέμβληται, Hesychio μεταμελήσεται; ex μετὰ & μέμβλεται, id vide suprà.

Μεταμίγνυμι, permisceo, commisceo; unde, μετάμιξις, mistio, commistio; item, μεταμὶξ, mistim; ex μετὰ & μίγνυμι, V.

Μεταμορφόω, transformo: f. ώσω. p. μεταμεμόρφωκα. a. 1. pass. μετεμορφώθην, ης, η. Ex μετὰ, trans, & μορφὴ, forma.

Μεταμόρφωσις, εως, ἡ, METAMORPHOSIS, transformatio: à 2. pers. perf. pass. præced.

Μεταμοσχεύω, transplanto; unde apud Hesych. μετεμόσχευσε, exp. μετεφύτευσε; ex μετὰ & μοσχεύω.

Μεταμπίσχομαι, vestem muto; ex μετὰ & ἀμπίσχω, V. Sic, μεταμφιάζομαι, (ex μετὰ & ἀμφιάζω, vel, ἀμφιάζομαι, circumvestigo; &c. V.) & μεταμφιέννυμαι, vestibus exutum aliis induo; vel, vestem muto, aut, permuto; ut apud Luc. τὴν πορφυρίδα μεταμφιέσομαι; relicto pallio philosophico, purpuram induar; item, μεταμφίσκω, idem; ex μετὰ & ἀμφιέννυμι (pro quo dicitur etiam ἀμφίσκω;) circum induo; in pass. ἀμφιέννυμαι, induor, &c.

Μεταμώλιος, ου, ὁ, ἡ, Atticè pro

Μεταμώνιος, ου, ὁ, ἡ, vanus, irritus: q. ab ἄνεμος, ventus: vel à μετὰ, particulâ negat. μὴ & ὀνῶ, juvo.

Μεταναγινώσκω, de sententia deduco; in pass. μεταγινώσκομαι, de sententia deducor, ex μετὰ & γινώσκω; unde, ἀναγινώσκω, V.

Μεταναιέτας, cohabitatores, acc. pl. à

Μεταναιέτης, ου, ὁ, incola; & idem quod μετανάστης. Them. ναίω, habito.

Μετανάστασις, migratio, emigratio; item, μεταναστάσιμος, de loco in locum translatus; ut in neut. μεταναστάσιον ὕδωρ; apud Nonn. aqua quæ de loco in locum transfertur, quasi migrans; item, μετανάστατος & μετανάστης, ου, ὁ, qui solum vertens aliò demigrat; vagus, exul, profugus; item, μετανα-

μετανασεύω, exulo, solum mutans aliò commigro; omnia, ex μετανίστημι, sedibus pello; in pass. μετανίσταμαι, sedibus pellor, migro, emigro, &c. V.

Μετανασεύω, f. εύσω, migro, migrare facio: a seq.

Μετανάστης, ου, ὁ, quod & μετανάστιος, pulsus patriâ, exul, peregrinus: à μετὰ & νάω seu ναίω, habito.

Μετανάστρια, ἡ, quæ commigrat, profuga; in Epigr. à præced. μετανάστης, id V.

Μετανείσσομαι, mutato loco vado, transeo: à νείσσομαι, seu νίσσομαι, idem quod νέομαι, eo, redeo. Th. νέω, idem.

Μετανέμω, divido, distribuo, impertior; ut θεὸς μετανείματο κάλλος οὐρανῷ, deus impertivit pulchritudinem cœlo; ex μετὰ & νέμω, V.

Μετανεύμενος, Dor. pro μετανεόμενος, accedens, præs. part. verbi μετανέομαι· à νέομαι, seu νέω, eo, redeo.

Μετανίζω, refundo in aliud vas; ex μετὰ & νίζω, pro Th. νίπτω, V. Item, μετανιπτρίς, ίδος, ἡ, & μετανιπτρὸν, ου, τὸ, idem quod ἐπινιπτρὶς κύλιξ; i. e. poculum, quod, lotis a cibo manibus post remotam mensam, affertur; Poll. l. 6. & Athen. l. 11. ex μετὰ & νίπτω; unde, νιπτὴρ & νίπτρον, τὸ, &c. Vide.

Μετανίσσεαι, Ion. pro μετανίσσῃ, ades, persequeris, exerces, 2. sing. præs. ind. à μετανίσσομαι. Vide μετανείσσομαι.

Μετανίστημι, sedibus pello, migrare facio; ex μετὰ, ἀνὰ & ἵστημι.

Μετανοέω, post factum sapio, resipisco: f. ήσω. p. μετανενόηκα. a. 1. μετενόησα, ας, ε. a. 1. imperat. act. μετανόησον, άτω. a. 1. sub. μετανοήσω, ῃς, ῃ, & in 3. pl. μετανοήσωσι· ex μετὰ & νοέω, cogito. Th. νόος, νοῦς, ὁ, mens.

Μετάνοια, ας, ἡ, resipiscentia, pœnitentia: ab iisd. Th.

Μετανοήσαντας, acc. pl. a. 1. part. act. verbi μετανοέω, quod vide.

ΜΕΤΑΞΑ, ης, ἡ, sericum.

Περσεὺς, præced. est & nomen piscis in mari rubro nascentis; teste Æliano, pro quo apud Hesych. est πέρσος; Item sideris est nomen; apud Procl. à Th. πέρσης; V.

Περσέπολις, urbium vastator, vel vastatrix; Epith. Palladis; apud Aristoph. in Nub. à Th. πέρθω, f. έρσω, & πόλις, idem cum, & pro Th. πόλις; V.

Περσεφόνεια, ας, seu Περσεφόνη, ης, ἡ, PROSERPINA, filia Jovis & Cereris, q. à πέρθω, vasto, & φένω, occîdo: vel q. φέρουσα φόνον.

Περσεφόνη, seu περσεφόνεια, præced. dicitur etiam περσέφασσα, & περσέφασσα, passim apud Poëtas, & signif. ἡ τῷ φόνῳ πάντα πέρθουσα, quæ cædibus omnia vastat, &c. V.

Περσήϊος, ου, Poët. pro Περσεῖος, PERSEIUS, ex Perseo natus: quod à Περσεὺς,

σεῦς, έ@-, ὁ, Perseus.
Περσηΐς, ΐδ@-, ἡ, nomen mulieris.
ΠΕ'ΡΣΗΣ, ȣ, ὁ, PERSA, nom. pl. οἱ Πέρσαι. Fuit & frater Hesiodi ita appellatus: ὦ Πέρση, vocat. casus.
Περσικὴ, scil. μηλέα, malus Persica; arbor de qua Theoph. Hist. pl. 3. 7. & Gal. Item Περσικὰ κάρυα, Persicæ nuces, quæ & Βασιλικὰ κάρυα, i. e. regiæ nuces; aliàs, juglandes: Sic dictæ, quòd è Perside à Regibus sint translatæ, Diosc. 1. 179. & Plin. 15. 22. Sic etiam, Περσικὸν, sub. μῆλον, malum Persicum; fructus Persicæ arboris; de quo Diosc. l. 1. c. 165. Sed περσικὰ μῆλα, mala Persica dicuntur etiam à quibusdam, μῆλα μηδικὰ, mala Medica; id. ibid. & c. 167. Item Περσικαὶ, αἱ, subligaria; genus calceamenti; apud Aristoph. in Nebul. ubi ab. Interp. subaudiuntur κρηπῖδες, ad vocem περσικαὶ, & expon. εἶδ@- ὑποδήματ@- γυναικεῖς; Item Περσικοὶ, dicuntur Persica pruna; omnia, à περσικὸς, ȣ, ὁ, Persicus; qui vel qualis est Persarum, Persis proprius; unde Περσικὸς ὄρνις, Aristophani, pavo dicitur; utpote è Persarum regione, in hæc citeriora loca advectus; Item Πέρσιον, vel Περσίον, τὸ, Persium, planta Ægyptiaca, de qua Theoph. Hist. pl. 2. 3. & Gal. Sic etiam appellatur, solanum marinum; Diosc. 4. 74. omnia à præced. Th. πέρσης, ȣ, ὁ, nomen jactûs cujusdam tesserarii; seu cuborum jactus quidam; Cœl. l. 10. c. 28. & Hesych. interdum etiam, ὁ Πέρσης dicitur ὁ τῶν περσῶν βασιλεὺς; ut in Epist. Philipp. apud Dem. &c. V.
Περσὶς, ίδ@-, ἡ, nomen fœminæ. H. q. d. ungula.
Πέρσις, εως, ἡ, vastatio, eversio, expugnatio; Aristot. de Poet. est verbale, à Th. πέρθω, f. πέρσω, &c. V.
ΠΕ'ΡΥΣΙ, anno præterito; q. à περάω, transeo.
Περυσινὸς, qui est anni superioris: à præcedent.
Περῶ, f. verbi πείρω, transigo. p. πέπαρκα: a. 1. ἔπειρα, a. 2. ἔπαρον, p. m. πέπορα hinc πόρ@-, meatus.
Περῶν, transiens, præs. part. act. à περάω, transeo: f. άσω, & ήσω.
Πέσε, seu πέσεν, cecidit, Ion. pro ἔπεσε, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi πίπτω, cado: f. 2. πεσȣ̃μαι, p. πέπτωκα, a. 2. ἔπεσον. hinc a. 2. inf. πεσεῖν, a. 2. part. act. πεσὼν, ȣ̃σα, ὸν, & in accus. m. g. πεσόντας.
Πεσέεσθαι, casurum, Ion. diphthongi dissolut. pro πεσεῖσθαι, f. 2. inf. m. verbi πίπτω, cado: vide πέσε.
Πεσεῖν, a. 2. inf. act. &c.
Πεσεῖται, 3. sing. f. 2. m. πεσεῖσθαι, f. 2. inf. m. ejusd. verbi.
Πεσέμεν, Ion. pro πεσεῖν, a. 2. inf. activ. verbi ejusdem.
Πεσέτωσαν, decidant, 3. pl. a. 2. imperat. act. verbi πίπτω, cado, a. 2. ἔπεσον, a. 2. imperat. act. πέσε, έτω.
Πεσεῦμαι, cadam, Dor. pro πεσȣ̃μαι, f. 2. m. verbi ejusdem.
Πέσημα, τὸ, casus, ruina, lapsus: Item id quod cecidit, vel cadit; & peculiariter, cadaver, corpus defuncti; apud Euryp. metri causâ dicitur etiam πέσημα; Hesych. est verbale, à Th. πίπτω, f. πέσω, &c. V.
Πέσῃσι, Ionica paragoge pro πέσῃ, 3. sing. a. 2. sub. act. ab eod. verbo.
Πέσκ@-, idem quod πέκ@-, pellis tondenda, vellus: à πείκω, tondeo.
Πέσον, Ion. pro ἔπεσον, a. 2. ind. act. πεσόντα, accus. sing. πεσόντες, nom. pl. part. a. 2. verbi πίπτω, cado.
Πέσσα, vel πέσσεια, ludus talorum, linea aleæ, & calculus; Etym. & Poll. &c. à Th. πεσσὸς, V.
Πεσσονομεῖν, calculos distribuere; i. e. calculis ludere; ex πεσσὸς, ὁ, & νέμω, distribuo, unde νομὴ, ἡ, &c. V.
Πέσ@-, ε@-, τὸ, cadaver. Th. πίπτω, cado.
Πεσȣ̃μαι, f. 2. m. in 3. pl. πεσȣ̃νται, verbi πίπτω, cado.
Πεσσέμεν, Ion. pro πέσσειν, præs. inf. act. à πέσσω, Æol. pro πέπτω, concoquo, digero.
Πεσσεύω, seu Πεττεύω, calculis ludo; Polyb. l. 1. & Metaphoricè, apud Phil. de vita M. l. 1. τύχης γὰρ ἀσταθμητότερον ȣ̓δὲν, ἄνω καὶ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πεττευȣ́σης; quæ rerum humanarum sursum deorsumque aleam quandam ludit, sumptâ Metaphorâ, à calculis lusoriis, qui in tabula modò hùc modò illuc transferuntur; Item signif. mutare sententiam in melius; Hesych. undè verbalia, Πεσσευτήρι@-, seu πεττευτήρι@-, quo utuntur, οἱ πεσσεύοντες, & πεττευτήριον, τὸ, dicebatur laterculus, super quo motus Solis & Lunæ, & quæ pertinent ad Eclipses eorum inquirebant Ægyptii; Plat. in Phæd. Item, Πεσσευτικὸς, seu πεττευτικὸς; ad eos pertinens qui calculis ludunt; Item calculis ludendi peritus; Plat. de leg. l. 1. Item Πεσσικὸς, ȣ̃, ὁ, ut πεσσικὸς βόλ@-, calculus lusorius; idem cum πεσσὸς; vi. quod etiam est Th. reliquorum præcedentium.
ΠΕΣΣΟ'Σ, seu πεττὸς, ȣ̃, ὁ, calculus, vel scrupulus lusorius; ipse ludus, q. à πεσεῖν, cadere. Est & πεσσὸς, medicamentum molli lanâ compositum, quod fœminis subjicitur inter naturalia: an à πέσσω, mollio? an. à πέσκ@-, pellis lanata?
Πέσσω, Æol. pro πέπτω, coquo: hinc præs. part. πέσσων, demulcens.
Πεσών, όντ@-, qui cecidit, a. 2. part. act. à πίπτω, cado: f. πεσȣ̃μαι, p. πέπτωκα, a. 2. ἔπεσον.
Πετάζω, extendo; explico, idem quod πετάω.
Πέτακνον, sive Πέταχνον, τὸ, poculum latum & tenue; apud Athen. l. 11. derivari dicitur, à Th. πετάω, undè πέταλον, &c. V.
Πέταλ' pro πέταλα, folia, nom. pl. à πέταλον, q. v.
Πεταλῖον, τὸ, idem quod & à seq. πέταλον; V. quod etiam sumitur, pro petaso, seu galero; i. e. pileo latiore in modum folii ampli; Suid. ex Epigram. unde etiam est πεταλίζω, folia decerpo: Item folia emitto, germino; Hesych. Item foliis in urnam conjectis damno, religo; atque hinc verbalia, πεταλισμὸς, ȣ̃, ὁ, ostracismus cum foliis, & πεταλίτης, ȣ, ὁ, folium referens; ut πεταλίτης λίθ@-, lapis in laminas solubilis, lapis fissilis; sicut & πεταλῖτις, ιδ@-, ἡ; apud Nicand. de herba quadam: Item πεταλίδες ὗες, per Metaph. apud Achæum, porcelli saginati, & adinstar vitulorum, petulci: Item πετάλη, ης, ἡ, tenera ut folia, & germina recens ab arbore emissa; ut in Epigr. πετάλης παρθενικῆς, puellæ, seu juvenculæ; Lasc. autem putat esse proprium mulieris; sed vide apud Varin. Item πετάλιον, diminut. foliolum; unde ὄνȣ πετάλιον, origani species; Nicand. in Ther. omnia à Them. πετάω, & seq. πέταλον, V.
Πέταλοι, vituli, qui cornua habent instar πετάλων, id est, foliorum, seu ramorum.
Πέταλον, & Ion. πέτηλον, ȣ, τὸ, folium; Item lamina, bractea: dat. pl. Ionic. πετάλοισι. Th. πετάω, extendo.
Πεταλȣ̃σθαι, in folium mutari; Hesych. à præced. πέταλον, τὸ, folium, propriè in amplitudinem expansum; nam Eust. à πετάζω, derivat; unde etiam Πεταλώδης, ε@-, ὁ καὶ ἡ, folio, vel lamini similis; ut. πεταλῶδες ȣ̓̃ρον, foliosa urina, in qua foliis sive squamis aut laminis similia subsident: Item Πεταλωτὸς, ȣ̃, ὁ, foliatus; Hesych. omnia itidem à Th. πετάζω, πεταννύω, seu πετάννυμι, vel πετάω, aperio, &c. V. unde pass. πετάζομαι, seu πετάννυμαι, pandor, explicor, aperior, &c.
Πετάννυμι, idem quod πετάω, pando.
Πετεινὸς, ὰ, ὸν, Poët. & Doric. pro πετηνὸς, volatilis, volucris. Th. πέτομαι, volo, as.
Πέτασ', & gem. σσ, πέτασσαν, Ion. pro ἐπέτασαν, 3. pl. a. 1. ind. act. verbi πετάω, vel άζω, f. άσω, expando.
Πετασθήσομαι, ήσῃ, εται, f. 1. pass. à πέτομαι, idem quod πέτομαι, volo ubi videas.
Πετασίτης, ȣ, ὁ, petasi speciem gerens, plantæ nomen, apud Diosc. l. 4. c. 108. Sic & πετασώδης, εως, ὁ καὶ ἡ, idem; unde πετασώδεις, plantæ quæ folia habent ampla in modum petasi; Athen. l. 9 utrumque à seq. πέτασ@-, galerus, tegmen capitis latum & expansum; sed expon. etiam umbraculum, seu umbella, & dicitur etiam esse species texturæ; Suid. Item herbis nonnullis tribuuntur πέτασοι; apud Theoph. H. 4. c. 10. à Them. πετάζω, πετάζομαι; V. Undè etiam verbale πέτασμα, τὸ, explicatio, extensio, &c.
Πέτασ@-, ȣ, ὁ, PETASUS, pileus latior: à πετάω, expando.
Πετάσω, extendam, f. 1. ind. act. verbi πετάννυμι, vel πετάω, explico.
Πετασών, PETASO; coxa cum costis: à πετάω.
Πεταυρίζω, alto petauro exilio: Item πεταυρισμὸς τύχης, ludibrium fortunæ, & πεταυρισταὶ, οἱ, qui alto petauro exiliunt; i. e. machinâ alto loco suspensâ, ita ut fere ex ipso aëre devolare videantur; omnia à Them. seq. πέταυρον, ȣ, τὸ, pertica: Item genus laquei; sed scribitur etiam πέτευρον, apud Theocr. Idyll. 13. quod nonnulli dicunt esse tignum, vel asserem, cum laqueis, avibus tensum; ut in eum involantes, laqueis se intricent, &c. V.

ΠΕ'ΤΑΥΡΟΝ, pertica, in quâ gallinæ dormiunt; gallinarium: παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ ἐξῆς πετᾶσθαι.

Πέταχνον, vel πέδαχνον, ου, τὸ, poculum amplum in modum folii expressum: à πετάω, expando.

ΠΕΤΑ'Ω, πετάννυμι, ύω, pando, explico: aperio, f. άσω. Hinc πέταυρον, pertica: πέτασος, galerus: πέταλον, folium.

Πετεηνοῖς, volucribus, per Epenth. Poët. pro πετεινοῖς, dat. pl. à πετεινὸς, οῦ, ὁ, volucris: &

Πετηνὸς, etiam dicitur pro πετεινὸς, volatilis: nam Poët. ει, in duplex εε mutant, quorum unum in η, vertunt. Th. πέτομαι, volo, as.

Πετεινὸν, οῦ, τὸ, volatile, avis: πετεινὰ, ῶν, τὰ, volucres: &

Πετεινὸς, volucris ab eod. Th.

Πετέσθην, volabant, Ion. pro ἐπετέσθην, 3. dual. imperf. verbi πέτομαι, volo, as.

Πέτευ, Dor. pro πέτου, præs. imperat. à πέτομαι, volo, as.

Πέτευρον, ου, τὸ, trabs, lignum: scandula: locus ubi gallinæ, aut aliæ aves dormire solent. Dictum quasi πέτευδον παρὰ τὸ τὰ πετεινὰ ἐν αὐτῷ εὕδειν, quod volucres in eo dormiant: Pro eodem dicitur & πέταυρον, q. v.

Πετεῶο, Att. pro Πετεῶ, genit. sing. à Πετεὼς, ὁ, nomen prop.

Πέτηλα, Ion. pro πέταλα, nom. pl. à πέταλον; q. v.

Πέτηται, 3. singular. præsentis sub. seq. verbi.

ΠΕ'ΤΟΜΑΙ, -αμαι, & πετάομαι, volo, as: q. à πετάω, volatus enim fit pansis alis: præs. part. m. πετόμενος, ώμενος, præs. sub. πέτωμαι, ῃ, ηται, a. 1. pass. ἐπετάσθην, ης, η, volavi. Hinc πετεινὸς, οῦ, ὁ, ἡ, volucris.

Πετρητέεσιν, Ion. & Poët. pro πέτουσιν, dat. pl. part. præs. act. vel ut alii, a. 2. verbi πέτω, pro πίπτω, cado.

Πετοῦν, præsent. infin. activ. ac idem valet ac ἐπιπίπτειν, ἐπιτυγχάνειν, incidere in aliquid, nancisci: seq. verbi πετόω, quod V.

Πετόω, f. ώσω, incido in aliquid, nanciscor: à πέτω, cado, inusit. pro πίπτω.

Πέτρα, ας, ἡ, PETRA, rupes. Hinc πετραίη, ης, ἡ, saxatilis. Th. πέτρος, ου, ὁ, lapis, saxum.

Πετράεσσα, ας, ἁ, Dor. pro πετρήεσσα, ης, ἡ, saxosa. V. πετρήεις.

Πετραῖος, ου, saxatilis, petrosus. Th. πέτρος, lapis: Item

Πετραῖος Ποσειδῶν. Cur & apud quos Neptunus PETRÆUS, vocaretur & coleretur, consule Græca Scholia Pindar. Pythior Od. 4. 248. 12.

Πετράκης, ὁ, gemma quædam: à πέτρα.

Πετρέλαιον, petroleum, dicitur à quibusdam, bitumen liquidum, quod effluat è saxis; vel quòd eo, ad lucernarum lumina, olei vice, antiqui uterentur; ex πέτρα, & ἔλαιον, τὸ, ivi. Item Πετρέμβατοι, qui per saxa gradiuntur; at Hes. exp. ὑψηλοὶ κρημνοὶ, ex πέτρα, & βαίνω, f. βήσομαι, præt. βέβηκα, in pass. βέβημαι; à βάω, unde varia ejus comp. desinunt in βάτης, vel βάτος, &c. V.

Πέτρῃ, ης, ἡ, Ion. pro πέτρα, dat. pl. Ion. πέτρῃσι.

Πετρηδὸν, in modum petrarum, vel lapidum; q. d. lapidatim, lapidibus, &c. est. adv. à Them. πέτρος, ὁ, unde πέτρα, & πέτρη, ἡ, &c. V.

Πετρήεις, εντος, saxosus: in f. g. πετρήεσσα, & in n. g. πετρῆεν. Th. πέτρος.

Πετρηέσσῃ, dat. sing. f. g. à πετρήεις, εντος, ὁ & ἡ πετρήεσσα, petrosus, saxosus: ejusd. Th.

Πετρηρεφὴς, petris contectus, Petrosus: Euryp. ex πέτρη, ἡ, & ἐρέφω; V.

Πετρίδιον, ου, τὸ, diminut. q. d. saxulum; sed expon. etiam saxum, petra; apud Aristot H. an. l. 5. Item Πέτρινος, ὁ, lapideus, saxeus; utrumque à Th. πέτρος, ὁ; V.

Πετροβόλος, lapides ejaculans; Xen. & Polyb. & apud Jos. antiq. l. 9. Πετροβόλα τὰ καὶ δορυβόλα, scil. ὄργανα, machinæ quæ lapides ejaculantur; ex πέτρος, & βόλος, ὁ, V. Item Πετροβολικὸς, idem, ut πετροβολικὸν ὄργανον; apud Polyb. à præced. V. Sic etiam, Πετροκυλιστὴς, qui saxa & lapides evolvit; ex πέτρος, & κυλίω, f. ίσω, unde κυλιστὸς, ὁ, &c. V. Πετροποιΐα, structura saxea, seu ex Petris; Athen. l. 5. ex πέτρος, & ποιέω, V. Πετροπομπὴ, dicitur esse machina quâ saxum emittitur; ex πέτρος, & πέμπω, unde πομπὴ, ἡ, &c. vi. Item πετρορριφὴς, è petra præcipitatus; apud Euryp. ex πέτρος, & Them. ῥίπτω; V.

Π'ΕΤΡΟΣ, ου, ὁ, lapis, saxum. Hinc πέτρα, ας, ἡ, grande saxum, rupes: πετραῖος, saxatilis; πετρόω, in saxum verto. Est &

Πέτρος, ου, ὁ, PETRUS, nomen Apostoli.

Πετροσέλινον, apium petræum; seu apium, herba in locis petrosis & saxosis nascens; Diosc. 3, 77. ex πέτρος, & σέλινον, τὸ; V.

Πετροφυὴς, έος, ὁ, ἡ, saxis adhærens. Ex πέτρος, saxum, & φύω, nascor.

Πετρώδης, εος, ὁ, ἡ, petrosus, lapidosus: à πέτρος, lapis.

Πετρόω, in lapidem vel saxum verto; sed expon. etiam lapido; unde verbale Πέτρωμα, τὸ, lapidatio, lapidum jactus; utrumque apud Euryp. à Them. πέτρος, ὁ; V.

Πετρόροφος, habens cameram, seu tectum ex lapidibus; ex πέτρος, & ἐρέφω, undè ὀροφὴ, ἡ, & ὄροφος, ὁ, &c. V. in comp. o, prius mutatur in ω, vel quasi per contract. ex duobus o, in ult. scil. vocis πέτρος, & prima vocis ὄροφος.

Πεττεία, ἡ, calculorum lusus; undè Πεττεύω, calculis ludo; à Them. πεσσὸς, seu πεττὸς, ὁ; V. unde etiam Πεττευτικὸς, ad eos pertinens qui calculis ludunt; verbale à πεττεύω, idem quod πεσσεύω; id V.

Πεττὸς, calculus; vide in πεσσός.

Πετώμενος, ου, contractè à πετάόμενος, verbi πετάομαι, seu πέτομαι, volo, as.

Πέτω, cado, inusit. pro πίπτω, idem: q. à πέδον, solum. Est enim ad solum moveor.

Πεύθετο, 3. sing. imperf. Ion. verbi πεύθομαι; q. v.

Πεῦθις, ἡ, interrogatio, percontatio; Item Πευθὴν, ῆνος, ὁ, explorator, sciscitator, emissarius, auscultator; apud Luc. & Hesych. utrumque, à seq. πεύθομαι, quod signif. etiam interrogo, sciscitor, quæro, &c. V.

Πευθοίατο, audirent, Ion. pro πεύθοιντο, 3. pl. opt. præs. à seq.

Πεύθομαι, idem ac πυνθάνομαι, audio, intelligo: f. πεύσομαι, a. 2. m. ἐπυθόμην.

Πεῦκαι, abietes, nom. pl. à πεύκη, ης, ἡ, abies.

Πευκάλιμος, ου, ὁ, ἡ, amarus, prudens, cautus. Th. πεύκη, ης, ἡ, picea, vel larix arbor. Vel q. à πύκα· nam & πυκινὸς, est συνετός.

Πευκείδας, acc. pl. à Πευκείδης, ου, ὁ, nomen gentile.

Πευκέδανον, τὸ, apud Theophr. Hist. 9. 14. & πευκέδανος, ὁ; apud Diosc. 3. 192. herba quædam, nomen sortita ab amaritudine, peucedanum herbam, Plin. pinastellum verò vocat Apuleius; quia ἀπὸ τῆς πεύκης, dici volunt, quam pinum interpretantur; à seq. Th. πεύκη.

Πευκεδανὸς, οῦ, amarus, Th. πεύκη, ης, ἡ, picea: cujus lachryma amara.

ΠΕΥ'ΚΗ, ης, ἡ, picea: larix: an à πευκὸς, amarus.

Πευκήεντα ὄρεα, montes in quibus πεῦκαι multæ nascuntur; Dionys. de situ orbis; à præced. Th. πεύκη, ἡ, quam quidam volunt esse pinum arborem, ex qua naves fiunt; apud Aristoph. & Euryp. interdum etiam sumitur, pro face, seu tæda, ex picea arbore erecta; Aristoph. in Nub. & apud Euryp. in Phæd. ponitur pro pugillaribus, sive codicillis è picea, seu larice arbore factis, ante repertum chartæ usum; amaritudinis etiam significationem quandam habet: quod videre est in derivatis & compositis nonnullis.

Πεύκινος, ου, ὁ, piceus, qui est ex picea arbore; ut πευκίνη ῥητίνη, pinea resina, quæ ex tæda, seu picea arbore fluit: Item Πεύκινον δάκρυ, lachryma, quam picea fundit; Sic & Πεύκινος, idem; quod ex picea arbore fit, à Them. πεύκη; vide.

Πευσεῖσθε, audietis, Dor. pro πεύσεσθε, 2. pl. f. 1. verbi πεύθομαι, seu πυνθάνομαι, audio, f. πεύσομαι.

Πεύσεις, αἱ, sermones nuntii; à πεῦσις, εως, ἡ, interrogatio, percontatio; à πεύθομαι, pro πυνθάνομαι, V.

Πευσόμενος, part. futuri temporis, πεύσομαι, V.

Πευστεία, ἡ, inquisitio atque interrogatio quæ fit in extispicina. apud Euryp. Item Πευστικὸς, ὁ, interrogativus, & Πευστὸς, ὁ, quod exp. ὑπήκοος, Hesych. obediens; omnia à πεύθομαι, pro πυνθάνομαι; V.

Πέφαμαι, interii, perf. pass. pro πέφημαι, à φάω, occido. Alii volunt esse præs. pass. verbi πέφημι, idem quod φάω. Hinc 3. sing. perf. πέφαται, & in 3. pl. πέφανται, inf. πεφάσθαι, paulo post f. πεφήσομαι.

Πέφασμαι, apparui; & in 3. pl. πέφανται, perf. pass. verbi φαίνω, appareo, f. φανῶ, p. πέφαγκα.

Πεφραγμένος, obstructus, per Metathes.

pro

pro πεφραγμένος, perf. part. pass. verbi φράγνυμι, idem quod φράσσω, sepio, f. ξω, p. χα.

Πέφασμαι, apparui, perf. Att. pro πέφαμμαι, q. v. hinc πεφασμένος, ejusd. temporis part.

Πεφασμένως, apertè, palam; Plut. est adv. à praeced. πέφασμαι, seu πεφασμένος. V.

Πεφειδήσεται, parces, Ionicè pro πεφειδήσῃ, 2. sing. paulo post f. verbi φείδομαι, parco, remitto pœnam, f. φείσομαι, & φειδήσομαι, perf. pass. πεφείδημαι.

Πεφείσεται, 3. sing. paulo post fut. verbi φείδομαι, parco: f. φείσομαι.

Πεφεισμένος, perf. part. pass. à φείδομαι, parco, f. φείσομαι.

Πεφεισμένως, parcè, adv. à praeced. πεφεισμένος; V.

Πεφυζέναι, perf. inf. m. à φύγω, fugio, f. ξω, a. 2. ἔφυγον, praet. m. πέφυγα.

Πεφυγοίην, Att. Metaplasm. pro πεφύγοιμι, praet. opt. m. verbi ejusd.

Πέφηνα, visus sum, praet. m. verbi φαίνω, videor, ostendo, f. φανῶ, p. πέφαγκα.

Πεφήσεαι, Ion. pro πεφήσῃ, 2. sing. paulo post f. verbi φάω, occido, f. φήσω, paulo post fut. πεφήσομαι.

Πεφήσεται, apparebit, 3. sing. paulo post, f. verbi φάω, idem quod φαίνω, appareo.

Πεφιδέσθαι, Ion. Anadiplasiasm. pro φιδέσθαι, a. 2. inf. med. verbi φείδομαι, parco.

Πεφιδήσεται, parcet, 3. sing. paulo post fut. verbi φιδέω, f. ήσω, perf. pass. πεφίδημαι, σαι, Vel est fut. m. verbi πεφιδέω, factum ex p. m. πέφιδα, verbi φείδομαι, parco.

Πεφίδοιτο, parcat, Ion. Anadiplas. pro φίδοιτο, 3. sing. a. 2. m. verbi φείδω, vel φείδομαι, parco, a. 2. ἔφιδον, & Ion. Anadiplasm. πέφιδον.

Πεφιλαμένος, Dor. pro πεφιλημένος, η, ον, amatus, perf. part. pass. verbi φιλέω; q. v.

Πεφιλιππιδῶσθαι, emaciatum esse, redditum esse macrum; ductâ significatione à Phelippide quodam, qui à Comicis σκώπτεται εἰς τὴν ἰσχνότητα; ut docet Athen. l. 13. vel 33. ubi tamen scriptum, πεφιλιππῶσθαι.

Πεφίμωσο, ώσθω, obtumesce, perf. imperat. pass. verbi φιμόω, os occludo; ad silentium adigo, f. ώσω, p. πεφίμωκα. Th. φιμὸς, οῦ, vel φίμος, ου, ὁ, camus, fiscella.

Πέφνε, interemit, vide ἔπεφνεν, imperf. Ion. à πέφνω, pro φένω, vel a. 2. quod in p. m. πέφονα.

Πέφνω, occido, interficio; est idem quod φένω, ex quo factum esse vult Eustathius, factâ primùm Syncope, deinde anadiplosi; ut Il. κ. ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς, quem nos interfecimus, &c. V. praeced.

Πεφοβήατο, territi erant, Ectasi Poet. pro πεφοβέατο, quod Ion. dicitur pro ἐπεφόβηντο, 3. plur. plusq. p. pass. verbi φοβέω, terrefacio: fut. ήσω, p. πεφόβηκα, plus. p. pass. ἐπεφοβήμην, σο, το. Th. φέβομαι, timeo: p. med. πέφοβα.

Πεφόρητο, ferebatur, 3. sing. plusq. p. pass. Ion. verbi φορέω, fero, f. ήσω, p. πεφόρηκα. Th. φέρω, fero, f. οἴσω.

Πεφορτισμένος, ου, oneratus sum, perf. part. pass. verbi φορτίζω, onero, f. ίσω, p. πεφόρτικα. Th. φέρω, fero.

Πέφραδα, p. m. verbi φράζω, loquor, f. σω, p. πέφρακα, a. 2. ἔφραδον, perf. pass. πέφρασμαι.

Πεφράδαται, locuti sunt, Ion. pro πεφρασμένοι εἰσὶ, 3. pl. perf. pass. verbi φράζω, loquor.

Πεφράδατο, itidem Ion. pro πεφρασμένοι ἦσαν, 3. plur. plusq. p. pass. ejusdem verbi.

Πέφραδε, Ion. Anadiplasiasmo, pro ἔφραδε, 3. sing. a. 2. act. Hinc πεφραδέτην, pro ἐφραδέτην, 3. dual. a. 2. activ. πεφραδέμεν, Ion. vel Dor. pro πεφραδεῖν, per Anadipl. pro φραδεῖν, aor. 2. inf. act. verbi φράζω, dico, memoro: f. σω, a. 2. ἔφραδον, & Ion. Anadiplas. πέφραδον.

Πεφραδέμεν, a. 2. inf. pro φραδεῖν. Vide in πέφραδε.

Πεφραδέτην, 3. dual. a. 2. ind. act. pro ἐφραδέτην. Vide in πέφραδε.

Πέφραδμαι, Dor. pro πέφρασμαι, perf. pass. verbi φράζω, loquor, f. σω, p. πέφρακα.

Πεφράδω, dico, &c. idem quod φράζω, ex cujus pr. m. πέφραδα, formatum est; Sic ut Πεπλήγω, ex πέπληγα, teste Eust. Il. φ. Item Πεφραγμένος, Doricè, pro πεφρασμένος dictus, apparatus, est particip. & πέφρασται, dictum est, 3. perf. à praeced. πέφρασμαι.

Πεφρηδὼ, όος, ἡ, nomen mulieris: à πέφραδα, p. m. verbi φράζω, dico.

Πέφρικα, horrui, perfect. activ. Ion. vel perfect. m. verbi φρίσσω, vel ττω, f. ξω, p. κα. Hinc πέφρικαν, Chalcidicè dici volunt pro πεφρίκασι, 3. pl. perfect. act. Them. φρὶξ, ικὸς, ἡ, fluctuum fremitus.

Πεφρίκων, οντος, praes. part. à πεφρίκω, horreo. Quod praesens à perfecto formatum, ut & alia multa verba. Vide πέφρικα.

Πέφυα, natus sum, praet. m. verbi φύω, nascor: a. 2. ἔφυον, vel ἔφυν· vel imperf. activ. dicitur pro πέφυκα, Poët. Hinc πεφύασι, pro πεφύκασι, 3. pl. perf. activ.

Πεφυγμένος, qui fugit, perf. part. pass. pro πεφυγμένος, verbi φύγω, fugio, f. ξω, a. 2. ἔφυγον.

Πεφύγω, praes. è praet. m. πέφυγα, factum more Syracusano. Alioquin est praet. m. sub verbi φύγω, fugio.

Πέφυζα, Ion. pro πέφυγα, perf. m. & πεφυζὼς, itidem pro πεφυγὼς; πεφυζότες, fugitivi, pro πεφυγότες, perf. part. m. verbi φύγω, fugio. Alii tamen malunt per Sync. dici pro πεφυζηκότες, ut & πέφυζα, pro πεφύζηκα, verbi φυζέω, ῶ, f. ήσω. Th. φεύγω, fugio.

Πέφυκα, ας, ε, extiti, naturâ comparatus sum; & in 3. pl. πεφύκασι, perf. act. Ion. verbi φύω, sum, nascor, f. φύσω.

Πεφύκειν nata est, 3. sing. plusq. p. activ. Ion. verbi φύω, nascor.

Πέφυκεν, 3. sing. perf. act. πεφυκέναι, perf. inf. act. verbi ejusd.

Πεφυκὼς, innatus, perfect. part. act. verbi φύω.

Πεφυλαγμένος, observans, perf. part. pass. verbi φυλάσσω, vel -ττω, f. ξω, custodio, servo: p. πεφύλακα.

Πεφύλαξο, χθω, perf. imperat. pass. ejusd. verb.

Πεφωρακὼς, ότος, in furto deprehensus, perf. part. act. verbi φωράω, in furto deprehendo, f. άσω. Them. φὼρ, φωρὸς, ὁ, fur.

Πεφωραμένος, perf. part. pass. à φωράω, in furto deprehendo, f. άσω, p. πεφώρακα, & Ion. πεφώρηκα. Hinc perf. pass. ab eod. Th.

Πεφωτισμένος, perfect. part. pass. verbi φωτίζω, illumino: f. ίσω, p. πεφώτικα, à φῶς, φωτὸς, τὸ, lumen. Them. φάω, luceo.

Πέψις, εως, ἡ, coctio, concoctio, coctura, Aristot. Gal. & Athen. &c. est verbale, à πέπτω, πέπτομαι, V.

Πη, sine accentu encliticum est, pro πως, εἴ πη, sicubi, δή πη, utique, igitur: at

Πῇ, extrà interrogat: ullo modo, interdum, πῇ; interrogat, pro πῶς; quî, quonam modo? ab ᾗ, quatenus, quomodo. Them. ὅς, qui.

Πηγάζω, fut. άξω, scaturio. Them. πηγὴ, fons.

Πηγαὶ, plural. numer. à πηγὴ, ῆς, ἡ, fons.

Πηγαῖος, ου, fontanus: ab eodem Themate.

Πηγανίζω, rutam imitor, rutam refero; Diosc. lib. 3. Item Πηγάνιον, diminut. q. d. rutula, parva ruta herbae genus; apud Theophr. Hist. 1. utrumque, à seq. πήγανον, τὸ, V.

Πήγανον, ου, τὸ, ruta herba, quia σπέρμα πηγνύει, suo calore & siccitate. Ideo castitatis herba. Th. πηγνύω, compingo, concrescere facio.

Πηγανώδης, ad rutam proximè accedens, rutae similis, à praeced. πήγανον, nomen herbae, ita nominatae, quòd caliditate suâ, πήγνυσι τὸ σπέρμα, seu τὴν γονὴν; ut tradit Schol. Nicand. & Diosc. 3. 52. & 53. & Plin. 19. 8. & 20. 13. &c. V.

Πηγὰς, άδος, ἡ, glacies: quia concreta aqua: accus. plur. πήγαδας. Them. πηγνύω.

Πηγάσιον πτερὸν, ala Pegasi; apud Aristoph. in pace: Item Πηγασὶς κρήνη, fons caballinus, qui extitit è terra Pegasi pede pulsata; in Epigram. utrumque, à seq. πήγασος, Pegasus, ita dictus, quod circum oceani fontes esset natus, teste Hesiod. in Theog. sed habuit & Bellerophon ejusmodi equum; Plin. lib. 8. cap. 21. sunt autem Pegasi, pennati equi & cornibus armati, &c. V.

Πήγασος, ου, ὁ, PEGASUS, equus Persei alatus. Th. πηγή.

Πηγεσίμαλλος, ου, villosus; vel habens vellus nigrum, vel album; à πηγὸς, compactus, albus, niger. Th. πήγνυμι, compingo, & μαλλὸς, vellus. Th. μῆλον, ovis.

Πηγετὸς, οῦ, ὁ, glacies, gelu; Dion. orb. à praeced. πηγὰς, άδος; V.

ΠΗΓΗ, ῆς, ἡ, fons, scatebra: quia πηδᾷ ἐκ γῆς.

Πηγίδιον, τὸ, fonticulus; apud Suid. est diminut. à praeced. Th. πηγὴ; V.

Πῆγμα, ατος, τὸ, aliquid compactum; PEGMA. Th. πηγνύω.

Πηγματώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, concretus, vel πῆγμα referens; à praeced. πῆγμα, ατος, τὸ, concretio; ut apud Polyb. πῆγμα τοῦ χιόνος,

χόν@, nivis concretio; item, concinnatio, compositio, coagmentum; in Epigr. sunt etiam pegmata, machinæ ligneæ cum suis simulachris; de quibus lege Senecam, ad Lucil. & Plin. 33. 3. Suet. in Claudio; nam sing. πῆγμα, dicitur machina talis lignea, in qua statuæ collocantur & figuntur, ad eas sustinendas; Joseph. de bello Jud. l. 7.

ΠΗΓΝΥ'Ω, -υμι, & πήσσω, seu πήττω, compingo, cogo, concrescere facio, figo. f. ξω. desinentia in γνύω, vel γνύμι, formant sua tempora à finitis in γω. Hinc πῆξις, coagmentatio: πηκτὸς, compactus: πάγη, laqueus: παγὶς, ίδ@, ἡ, idem: παγιδεύω, illaqueo: ναυπηγὸς, navium fabricator: σκηνοπηγία, tabernaculorum compactio, festum apud Hebræos.

Πηγόβρυτ@, ε, ὁ ϗ ἡ, è fonte scaturiens; ex πηγὴ, ἡ, & βρύω, V.

Πηγὸς, ε, bene compactus, pinguis; albus: à Th. πήγνυμι.

Πηγὸς, præced. bene compositus; ut πηγοὶ ἵπποι, Il. ι. exp. etiam, niger; ut, κύματι πηγῷ. Od. ψ. Item, niveus; qualis est glaciei color; sed ponitur & subst. pro sale; apud Athen. l. 9.

Πηγυλὶς, ίδ@, ἡ, glacialis, glacies: exp. m. πέπηγε, compactum est. Th. πηγνύω.

Πηγῶ, figo, &c. Idem quod, & pro πηγνύω, V.

Πηδὰ, est pro πηδάλια; ut & sing. πῆδον, pro πηδάλιον, seq. V.

Πήδαι@, ε, ὁ, PEDÆUS, nomen proprium.

Πηδάλιον, ε, τὸ, gubernaculum, clavus. Th. πηδὸν, ε, τὸ, remus; vel πῆδ@, ε, ὁ, ligni species.

Πηδαλιέχ@, ε, ὁ ϗ ἡ, qui clavum tenet, gubernator; unde, πηδαλιεχεῖν, gubernaculum tenere; sedere ad clavum navis; gubernare; Suid. ex πηδάλιον, præced. & ἔχω; cujus comp. varia desinunt in ε-χ@, &c. V.

Πηδαλιώδης, ε@, ὁ ϗ ἡ, gubernaculi speciem gerens, gubernaculo similis; item, πηδαλιωτὸς, ε, ὁ, clavatus, apud Aristot. in Categ. Utrumque, à præced. πηδάλιον, τὸ, temo, seu, clavus navis, &c. V.

Πήδασ@, ε, locus uliginosus, unde aqua πηδᾷ: item PEDASUS, nomen prop. regionis: est & equus Achillis sic dictus.

ΠΗΔΑ'Ω, salio, salto. f. ήσω. p. πεπήδηκα. Hinc

Πήδημα, ατ@, τὸ, saltus. Th. πηδάω.

Πήδησις, εως, ἡ, saltus, saltatio, ipsa actio saliendi, Plut. Item, πηδητικὸς qui salire solet; qui subsultim incedere consuevit, unde Metaph. πηδητικὰ μέτρα, apud Eust. Utrumq; ut &, πήδημα, τὸ, præced. ipsum effectum salientis, verbalia, à Th. πηδάω, V.

Πηδήσωσι, 3. pl. a. 1. sub. verbi πηδάω, salto.

ΠΗ'ΔΟΣ, ε, ὁ, ligni species: τὸ πηδὸν, ε, remus, præsertim ex eo ligno. Hinc πηδάλιον, ε, τὸ, gubernaculum, clavus navis.

Πῆδ@, Hesych. sed πηδὸς, apud Eust. est etiam, palmula remi, ex eo ligno quod πῆδ@, vel, πηδὸν vocatur, confecta; ex quo nomine πηδὸν, Eust. scribit fieri πηδάλιον, Pleonasmo syllabæ αλ, &c. V. Item, πήδιν@, ut πήδινον ξύλον, lignum conficiendis remis aptum, apud Hesych. & Eust. à præced. Th. πῆδ@, V.

Πηδυλὶς, petra, rupes ex qua salit aqua; Hesych. à seq. πηδύω, V.

Πηδύω, f. ύσω, aquis scateo, aquas salire facio: πηδυλὶς πέτρα, ἐξ ἧς ὕδωρ ῥέει. Hes.

Πήθω, inusitat. patior. Th. πάσχω.

Πηκτὰ, τὰ, lacrymæ; παρὰ τὸ πεπηγέναι, Hesych. Item, πηκτὰ σκόροδα, allia deposita, defixa, & depacta, i.e. non sata sed plantata, Theophr. Hist. 7. 4. est neut. plur. à sing. πηκτὸς, V. Item, πηκταὶ, sunt, instrumentum quoddam venatorium, seu, species retis apud Aristoph. in avib. sic &, πηκτὴ, interdum, absolutè dicitur lac, apud Suid. & Aët. aliàs est compago, &, πηκτὸν, dicitur etiam, symphyti herbæ species, de qua Diosc. 4. 10. aliàs signif. q. d. concretitium; quod condensando concrescit & coit, concretile, h. e. quicquid à calore, vel, frigore concrescit & induratur; item πηκτὸν χάλκανθον, atramentum sutorium, quod pecton, i. e. concretitium dicunt Diosc. & Nicand. Sicut &, ἅλα πηκτὸν, i.e. salem fossititium, τὸν ὀρυκτὸν ϗ ἐμμέταλλον, &c. Sic etiam, πηκτικὸς, congelandi, seu, coagulandi vim habens, Diosc. 1. 184. sed exp. & passivè; qui congelari seu conglaciari potest, Theophr. Caus. Pl. 5. 10. Omnia, à seq. πηκτὸς, coagmentatus, ut πηκταὶ θύραι. fores bene compactæ & coagmentatæ, Hesych. Item, coagulatus; item, fixus, defixus, depactus, &c. V.

Πηκτὶς, exponitur gelu fictitium: à πήγω, compingo: 2. culter ad scindendas carnes. qu. à πέκω, vello, carpo. 3. instrumentum musicum, magadis, quia è lignis πηκτόν.

Πηκτίδες, αἱ, fides, idem: vel musicum instrumentum.

Πηκτὸς, ε, compactus, concretus, congelatus. Th. πηγνύω, compingo. f. ξω.

Πηλακίζω, f. ίσω, probro afficio: & hinc

Πηλακισμὸς, ε, ὁ, contumeliosa injuria. Th. πηλὸς, ε, ὁ, lutum.

Πηλαμὶς, ίδ@, ἡ, PELAMIS, genus piscis: quia ἐν πηλῷ μύει. Them. πηλὸς, lutum.

Πήλας, qui vibravit, a. 1. part. act. &

Πῆλε, vibravit, Ion. pro ἔπηλε, a. 1. ind. verbi πάλλω, vibro: f. αλῶ. a. 1. inf. πῆλαι, & πῆλε, pro ἔπηλε, a. 2. ind. act. Ion. à πάλλω, a. 2. ἔπηλον.

Πηλεῖ, dat. sing. Πηλεὺς, έ@, ὁ, PELEUS, nomen viri.

Πηλείων, ων@, ὁ, Pelida, nomen prop. Est & ranæ nomen à luto sic dictæ.

Πηληϊάδεω, gen. Ion. per dissolut. ηϊ, pro ῃ, & εω, pro ε, à

Πηληϊάδης, ε, ὁ, pro Πηλείδης, & per Crasin Πηλείδης, patronymicum à Πηλεὺς, έ@, & Ionicè ῆ@, ὁ, Peleus. Hinc Πηλείδης.

ΠΗ'ΛΗΞ, ηκ@, ἡ, galea, cassis: qu. à πάλλεσθαι, id est κινεῖσθαι, quod vibrari solet.

Πηλίκ@, η, ον, quantus, a, um? Th ἡλίκ@, quantus, citrà interrogationem. Idem fit in ὅτ@ πότ@, οἷ@ ποῖ@, qualis. ὁπότε, quando. ἔ πε, ub. ὅθεν πόθεν. unde ὡς πῶς, quomodo, &c.

Πηλικότης, ητ@, ἡ, quantitas; à præcedentibus.

Πηλινολεκὶς, ἡ, catinus figlinus, seu, luteus, apud Poll. est ex seq. πήλιν@ & λεκὶς, &c. V.

Πήλιν@, ε, ὁ, luteus, ex luto factus, ut πήλινα ποτήρια, Lu . à Them. πηλὸς, ὁ, V.

Πήλιον, ε, τὸ, PELION, mons Thraciæ.

Πηλοβάτης, ε, ὁ, nomen Ranæ: ex πηλὸς, lutum, & βαίνω, eo.

Πηλοβάτης, præced. signif. qui per lutum graditur; in βατραχομ. &c. V. Item, πηλοβατίδες; ex iisd. cum præced. & signif. idem quod πηλοπατίδες, id V. Item, πηλόγον@, cui genus è luto est; è luto natus; unde, πηλόγονοι dicuntur gigantes, quòd è terra creati esse putentur, Callim. ex πηλὸς & γονὴ, seu, γόν@, &c. V. Πηλόδομ@, è luto, seu, è limo structus; ut, πηλοδόμοις τοίχοις; in Epigr. sed πηλοδόμ@, est qui è luto struit; unde, πηλοδομέω, ῶ, è luto struo, è luto fingo; ut, πηλοδομεῖ θάλαμον, in Epigr. de hirundine; ex πηλὸς & δόμ@, ὁ, unde δομέω, &c. V.

Πῆλον, vibravi, a. 2. ind. act. Ion. pro ἔπηλον, verbi πάλλω, vibro.

Πηλὸν, ab Ionibus dici τὸν οἶνον, tradit Hesych. à Them. πηλὸς, V. Unde etiam, πηλόεις, cœnosus, Oppian. 4. Hal. Πηλοπατέω, lutum calco; unde, πηλοπατίδες, seu, πηλοβατίδες; calceamenta quædam altiora, quibus utuntur lutum calcantes, seu, per lutum incedentes, Lat. Perones: ex πηλὸς & πατέω, V. Item, πηλοπλάθ@, qui è luto, seu, argilla similitudines fingit: ex πηλὸς & πλάσσω, V. Item, πηλοποιὸς, figulus, qui vasa fictilia è luto conficit; unde, πηλοποιέω, è luto fingo, figulinam facito; atq; indè πηλοποιητικὸς, pertinens ad figulos, seu, ad eos qui è luto fingunt: ex πηλὸς & ποιέω, V.

ΠΗΛΟ'Σ, ε, ὁ, lutum, cœnum; item mortarium: qu. à πηλὸς, niger. Est & πηλὸς, vinum. Ion. propriè fœculentum, vel vinum rubrum, quod turbidum videtur.

Πηλεργὸς, qui è luto fictilia conficit vasa; figulus; ex πηλὸς & ἔργον, τὸ, V.

Πηλεύτ@, ε, ὁ, nomen Ranæ: à πηλὸς, lutum.

Πηλεσπάτας, Hieron. in Jerem. c. 29. vocari scribit, qui in luto corporis peccati constituti non possunt sentire cœlestia, à Th. πηλὸς, ε, ὁ, V.

Πηλοφόρ@, qui lutum, seu, limum bajulat, cæmentarius: unde, πηλοφορέω, lutum fero, seu, bajulo: cæmentarium ago, Aristoph. Ex πηλὸς & φορὸς, ὁ, unde, φορέω, &c. Vide.

Πηλώω, voluto in luto; item, πηλόω, idem; unde part. pass. Πηλεύμενος, exp. limum contrahens, putrescens; unde verbale, πήλωσις, εως, ἡ, volutatio in luto, Plut. Omnia, à Th. πηλὸς, ὁ, V. Unde etiam, πηλώδης, εος, ὁ κὴ ἡ, lutosus, limosus, &c.

ΠΗ͂ΜΑ, ατος, τὸ, damnum, exitium, clades. Hinc ἀπήμων, ονος, ὁ, ἡ, illæsus: &

Πημαίνω, noceo, lædo, pecco. fut. ανῶ. a. 1. ἐπήμηνα, Att. ἐπήμανα. a. 1. pass. ἐπημάνθην. a. 1. inf. pass. πημανθῆναι. Them. πῆμα.

Πημανθῆναι, oblæsum esse, a. 1. inf. pass. verbi πημαίνω, quod V.

Πημαντὸς, ὁ, cui damnum datum est; læsus; est verbale, à πημαίνομαι, damno afficior, lædor, pass. à præced. act. πημαίνω. V.

Πημήνειας, ας, ε, a. 1. opt. Æol. pro πημήναιμι, verbi ejusd.

Πημοσὴ, ῆς, ἡ, & πημοσύνη, idem quod, & à Th. πῆμα, V. Pro quo etiam dicitur πημονὴ, τὸ, damnum, &c. V.

Πῆμος, Dor. pro πηνίκα, quando? ab ἦμος, quando.

Πήνα, pro ἀπήνη, rheda.

Πηνειὸς, ου, ὁ, nomen viri, vel fluvius PENEUS.

ΠΗΝΕ'ΛΟΠΕΣ, eædem sunt ac, αἱ χηναλωπεκίδες, id V. Est à sing. Πηνέλοψ, avis, magnitudine columbæ, anati similis; quæ versatur etiam in aquis, Aristot. l. 8. anim. c. 3. Ubi Gaza vocem Græcam relinquit.

Πηνελόπη, ης, ἡ, PENELOPE, uxor Ulyssis.

Πήνη, ης, ἡ, tela: vide in πῆνος.

Πηνάκη, vel πηνίκη, fucus: à φενάκη.

Πηνίκα, quando? ab ἡνίκα, idem.

Πηνίκη, vel, πηνάκη, ἡ, est coma addititia, &c. Idem quod φενάκη, (galericulum capillamentum, &c. V.) ex quo factum esse existimant; alii è contra, Etym. & Eust. Indè autem, πηνικίζω, decipio, fallo, impono, &c. Idem quod φενακίζω, & πηνίκισμα, τὸ, impostura, Hesych. Omnia, à Th. φέναξ, ακος, ὁ, V.

Πηνίζω, stamina è colu deduco & devolvo fusi circumactu, Poll. l. 7. Unde verbale, πήνισμα, τὸ, stamen, seu, filum è colu deductum & fuso devolutum, à Th. πῆνος, V.

Πηνίον, ου, τὸ, stamen, seu, filum quod è colu deducitur: item insectum ex erucarum genere. Th. πῆνος, tela.

Πηνίον, τὸ, præced. Suidas esse dicit fusum super quo volvitur trama; innuens de fuso dici textorio; in Epigr. l. 6. aliàs apud Hom. ponitur pro stamine quod fuso devolvitur; ut, Il. ψ. &c. V.

ΠΗ͂ΝΟΣ, ου, ὁ, & πήνη, ης, ἡ, tela, textum: qu. à πένομαι, operor.

Πηξάμενος, ου, qui compegit, a. 1. part. m. verbi πηγνύω, vel πήσσω, fut. πήξω. a. 1. ἔπηξα. a. 1. part. act. πήξας. a. 1. inf. m. πήξασθαι.

Πῆξεν, infixit, 3. sing. a. 1. ind. act. Ion. pro ἔπηξεν, verbi ejusd.

Πῆξις, εως, ἡ, coagmentatio, congelatio: à πηγνύω, compingo.

Πῆξις, præced. exp. etiam, glacies, coagulatio, &c. V.

Πήξω, figam, f. 1. act. verbi πηγνύω, vel -υμι, compingo.

Πηὸς, οῦ, Ion. pro παὸς, οῦ, affinis, cognatus: in plur. πηοί. Them. πάω, vel πάομαι, possideo.

Πηοσύνη, affinitas: à præced. πηὸς, vide.

ΠΗ'ΡΑ, ας, vel πήρη, ης, ἡ, Ion. PERA, saccus: à φέρω, fero. Malim à πάω, pasco, ut sit escaria pera.

Πηρίδιον, ου, τὸ, perula, dimin. præced.

Πηρὶν, ῖνος, testiculus: quia ὄρχεον est seu πήρα.

Πηρὶν, præced. dicitur quasi σπηρὶν, παρὰ τὸ σπείρεσθαι δι' αὐτοῦ τὰ τέκνα, ut tradit Etymol. à Th. σπείρω, pro eodem dicitur & ποιεῖν, quod & pro ipso pene ponitur, apud Nic. in Ther. &c. V.

Πηρόδετος ἱμὰς, in Epigr. lorum, quo pera ligata est; ex πήρα & δέω, δέομαι, ligo, &c. V. Item, πηρομελὴς, qui mutilatus est membris, mutilus; ex πηρὸς, ὁ, & μέλος, τὸ, V.

ΠΗΡΟ'Σ, οῦ, mutilus, mancus; mutus, cæcus: hinc

Πηρόω, f. ώσω, mutilo: à præced.

Πήρωμα, τὸ, oblæsa pars corporis, Aristot. Item, exp. homo naturâ imperfectus; apud Themist. sic &, πήρωσις, seq. debilitatio & oblæsio membri alicujus in corpore; verbalia, a præced. πηρόω, trunco, partem aliquam corporis debilito, &c. V.

Πήρωσις, εως, ἡ, mutilatio: à perf. pass. præced. verbi.

Πησόμενος, η, ον, passurus: an à πήθω. f. πήσω, patior. a. 2. ἔπαθον. pro quo magis usitat. πάσχω.

Πήσσω, idem quod πηγνύω, cogo, coagulo.

Πήττω, etiam dicitur, ut præced. πήσσω, fut. ξω, pro eod. Th. πηγνύω, V.

Πητύα, ας, ἡ, coagulum: à πήσσω, cogo, coagulo.

Πητύα, præced. Suid. exp. succum qui lac in caseum contrahit; pro quo scribitur & πυτία, apud Diosc. & πυετία, apud Aristot. &c. V.

Πήχεε, lacertos, nom. dual. à πῆχυς, εως, ὁ, cubitus.

Πῆχθεν, Bœot. Sync. & Ion. pro ἐπήχθησαν, fixi sunt, 3. pl. a. 1. ind. pass. verbi πηγνύω, vel -υμι. fut. πήξω. p. πέπηχα. perf. pass. πέπηγμαι, a. 1. pass. ἐπήχθην.

Πηχίσκος, ὁ, stipes cubitalis, Suid. à seq. Th. πῆχυς, V.

Πηχυαῖος, & πήχυος, ου, cubitalis, qui unius cubiti est: à

ΠΗ͂ΧΥΣ, εως, ὁ, cubitus, ulna; norma fabrilis. accus. πῆχυν, genit. plur. πηχέων, ῶν.

Πιάζω, qu. Dor. pro πιέζω, capio, prehendo. f. άσω. p. πεπίακα. a. 1. ἐπίασα, & in 2. pl. ἐπιάσατε a. 1. sub. πιάσω, ης, η. a. 1. inf. act. πιάσαι. a. 1. part. πιάσας, αντος. a. 1. ind. pass. ἐπιάσθην, ης, η, captus fui: f. 1. pass. πιασθήσομαι, capiar.

Πιαίνω, pinguefacio: f. ανῶ. a. 1. ἐπίανα. a. 1. sub. πιάνω, ης, η. Hinc πιαίνειν πλοῦτον, pro τὸν πλοῦτον αὔξειν, opes suas augere. Th. πίων, ονος, ὁ, ἡ, pinguis.

Πιαλέος, ου, ὁ, & πίαλος, obesus, idem quod, & à Th. πίων, ονος, V. Unde etiam, πιαλλω, obesum reddo; idem quod πιαίνω, V.

Πιανάτω, 3. sing. a. 1. imperat. act. πίανον, άτω, præced. verbi πιαίνω, pinguefacio.

Πιαντήριον, pinguefactorium; id quod pinguem reddit & obesat; est verbale, à πιαίνω, V.

Πιάξας, Dor. pro πιάσας, a. 1. part. act. verbi πιάζω, quod V.

Πῖαρ, αρος, τό, pinguedo, pro πιότης, ητος, ἡ, idem. Th. πίων, ονος, ὁ, ἡ, pinguis.

Πιάσαι, a. 1. inf. act. &

Πιάσας, αντος, part. a. 1. act. &

Πιάσωσιν, 3. pl. a. 1. sub. act. verbi πιάζω, quod V.

Πίασμα, pinguedo; verbale, à πιαίνω, V.

Πιγκέρνης, pocillator, Gl. Cyr.

Πιδακόεις, εντος, aquis scatens: à seq. πίδαξ.

Πιδακώδης, εος, ὁ κὴ ἡ, idem quod præced. πιδακόεις, irriguus, uvidus: pro quo, per Sync. & mutato, α in η, dici πιδήεις, tradit Eust. Unde, πιδήεσσα, apud Etym. exp. πηγὰς ἔχουσα, κάθυγρος, itidem à seq. πίδαξ, V.

ΠΙ'ΔΑΞ, ακος, ὁ, ἡ, fons, scatebra, q. à πίω, bibo, vel πηδάω, salio.

Πιδάω, salio instar aquæ salientis; idem quod πιδύω, vel, πιδύω, à Th. πηδάω, V.

Πιδηέσσης, scatebris abundantis, gen. sing. à πιδήεσσα, ης, f. g. adjectiv. πιδήεις, ήεντος, per Sync. pro πιδακόεις, εντος, irriguus. Th. πίδαξ, ακος, ὁ, fons.

Πιδύω, & πιδύομαι, idem cum πιδάω, ex eoque factum, sicut ἵκω, ex ἥκω; sin de humore effluente dicatur, exp. prosilio, profluo; salientis in modum erumpo; ut, πιδύαν ἱδρώς, in Epigr. Unde πιδύεις, εντος, ὁ, aquis salientibus scatens; atque inde fœm. Πιδύεσσα, apud Hom. Il. λ. Omnia, à Th. πηδάω, V.

Πίε, bibe, a. 2. imperat. ut & πῖθι, à πίνω, bibo: f. πίσω. p. πέπωκα. a. 2. ἔπιον. Hinc πίεν pro ἔπιεν, 3. sing. Ion.

Πιέειν, bibere, Ion. Dialysi pro πιεῖν, a. 2. inf. verbi ejusd.

Πιέζευν, premebant, Ion. seu Dor. pro ἐπίεζον, 3. pl. imperf. act. verbi πιεζέω, idem quod πιέζω, premo.

ΠΙΕ'ΖΩ, premo, stringo; item crucio. fut. έσω. p. πεπίεκα. perf. pass. πεπίεσμαι. Dicitur & πιάζω, pro πιέζω.

Πιεῖν, a. 2. inf. act. verbi πίνω, bibo. f. πίσω. a. 2. ἔπιον.

Πίειρος, ου, ὁ, & ἡ, πίειρα, pinguis, opulentus. Th. πίων, idem.

Πιερία, ας, & Ion. Πιερίη, ης, ἡ, PIERIA regio Macedoniæ, quæ credita fuit Musarum sedes: hinc

Πιερίηθεν, ex Pieriâ, adv. è loco: &

Πιερὶς,

Πιερίς, ίδος, ἡ, & in pl. Πιερίδες, PIERIDES, Musæ: à Πιερία.

Πίεσαι, pro πίῃ, bibes, Luc. 17. 8. 2. sing. f. 1. m. à πίνω, quod adi.

Πίεσις, ἡ, pressura, pressio; item, πίεσμα, retrimentum; quod ab expresso succo reliquum est; & pro ipso succo, scil. expresso, interdum sumitur; sic &, πιεστήρ, ῆρος, ὁ, prelum, torcular; & πιεστήριον, idem; item, tormenti quoddam genus, ut &, πίεστρον, τὸ, idem; sed etiam est instrumentum chirurgicum ad extrahendum fœtum mortuum, Gal. Omnia verbalia, à πιέζω, πιέζομαι; unde etiam πιεστὸς, ῦ, ὁ, pressus; item, qui premi, seu, comprimi potest. &c. V.

Πίετε, 2. pl. a. 2. imperat. πίε, bibe, verbi πίνω, quod V.

Πίῃ, absorbeat, 3. sing. a. 2. sub. act. verbi ejusd.

Πιήεις, pinguis, obesus; idem quod, & à Th. πιων, V.

Πίῃσθα, Æol. Paragoge, pro πίῃς, 2. sing. a. 2. sub. act. verbi πίνω, bibo. f. πώσω. a. 2. ἔπιον.

Πιθάκνη, νης, ἡ, doliolum, & poculum instar dolii. Th. πίθος, ου, ὁ, dolium.

Πιθάκνιον, idem quod præced. πιθάκνη, vide.

Πιθανολογέω, fut. ήσω, dico ad persuadendum: &

Πιθανολογία, ας, ἡ, probabilitas sermonis: ex πιθανὸς, persuasorius, pro πειθανὸς, (quod à πείθω, persuadeo,) & λόγος, sermo. Th. λέγω, dico.

Πιθανολογία, præced. propriè, est oratio persuasoria, seu, ad persuadendum accommodata; in Ep. ad Coloss. 2. V. Sed scribitur & πειθανολογία; unde etiam, πιθανολογέω, ῶ, est, oratione persuasoriâ utor, vel, probabilia dico, Aristot. Eth. l. 1. &c. V.

Πιθανὸς, ή, όν, probabilis, persuasorius: in compar. πιθανώτερος, superl. πιθανώτατος, & indè

Πιθανότης, ητος, ἡ, probabilitas, persuasio. Them. πείθω, persuadeo. fut. σω. a. 2. ἔπιθον.

Πιθανῶς, probabiliter; accommodatè ad persuadendum; est adv. à præced. πιθανὸς, pro πειθανὸς, persuadendi vim habens; item, qui facilè, seu, lubenter paret; morigerus. Xen. Item, interdum, gratus, sive, acceptus, elegans, &c. V.

Πιθανουργικὸς, effector eorum quæ sunt persuasoria, seu, persuadendi vim habentia; unde, πιθανουργικὴ τέχνη, ars, lenocinio verborum utens ad persuadendum accommodato, apud Plat. ex πιθανὸς, præced. & ἔργον, τὸ, V.

Πιθάριον, ου, τὸ, doliolum, diminut. à πίθος, ὁ, V.

Πιθηκαλώπηξ, q. d. vulpisimia, vel, simivulpa; animal apud Ælian. ex πίθηξ, ηκος, sive, πίθηκος, ὁ, & ἀλώπηξ, V.

Πίθεσθε pro πίθεσθε, persuadeamini, 2. pl. a. 2. imperat. m. πίθω, verbi πείθω, f. σω. a. 2. ἔπιθον.

Πιθέσθων, obediant, 3. dual. a. 2. imperat. m. ejusd. verbi.

Πιθέω, fut. ήσω, confido, obsequor. Them. πείθω.

Πίθηαι, persuasus sis, Ion. Paragog. pro πίθῃ, 2. sing. a. 2. sub. m. à πείθω.

Πιθήκειος, ου, ὁ, q. d. simiaceus; ut, apud Greg. πιθήκειον βλέπειν; simiæ vultum exhibere spectantibus; item, πιθηκίζειν, simiam imitari, simiam agere, h. e. adulari, seu, dolosis adulationibus uti; ut, Aristoph. in vesp. ταῦτα ἰδὼν, ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα; atque indè verbale, πιθηκισμὸς, ου, ὁ, imitatio simiæ, seu, imitatio adulatoria, adulatio dolosa; ut, Aristoph. in Eq. οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις; omnia, à Them. πίθηξ, ηκος, V.

Πίθηκος, ου, ὁ, idem quod πίθηξ, ηκος, ὁ.

Πιθηκοφαγέω, simiis vescor; ex πίθηξ, simia, & φάγω, edo.

Πιθηκώδης, simiaceus; qui proximè ad naturam simiarum accedit, Aristot. in Physiogn. à seq. Th. πίθηξ, ηκος, vel, à πίθηκος, ὁ, V.

ΠΙ'ΘΗΞ, ηκος, ὁ, & πίθηκος, ου, ὁ, simia; item pumilio.

Πιθήσας, fretus, a. 1. part. act. verbi πιθέω. Th. πείθω, persuadeo. f. σω. a. 2. ἔπιθον.

Πίθηται, paruit, 3. sing. a. 2. sub. m. πιθωμαι, ῃ, ηται, verbi ejusd.

Πῖθι, bibe, pro πίε, ex quo fit per adjectionem syllabæ θι, unde πίεθι, & per Crasin πῖθι, a. 2. imperat. act. verbi πίνω, bibo. f. πώσω. p. πέπωκα. a. 2. ἔπιον.

Πιθίτης, ου, ὁ, dolii figuram gerens; item, ut &, πιθίας, ὁ, cometæ genus dolii figurâ; utrumque, à Them. πίθος, ὁ, V. Unde πιθῖται κομῆται, apud Plin. Item, in fœm. πιθῖτις, ιδος, ἡ, quæ dolii figuram repræsentat; itidem ab eod.

Πιθοίατο, credant, Ion. pro πίθοιντο, 3. pl. a. 2. opt. m. πιθοίμην, οιο, οιτο. Th. πείθω, persuadeo. a. 2. ἔπιθον.

Πιθοιγία, ας, ἡ, doliorum apertio; festum erat Bacchicum apud Græcos, Procl. in Hesiod. Item, πιθοίγια, τὰ, idem, ex πίθος & οἴγω, V.

Πίθοιο Ion. pro πίθου, gen. sing. à πίθος, ου, ὁ, dolium.

Πιθοκοίτης, qui in dolio cubat; ex πίθος & κοίτη, ης, ἡ, V.

Πιθόμην, obedivi, a. 2. ind. m. Ion. pro ἐπιθόμην, verbi πείθω.

Πίθον, Ion. pro ἔπιθον, a. 2. ind. act. verbi πείθω, persuadeo. f. πείσω. a. 2. ἔπιθον.

ΠΙ'ΘΟΣ, ου, ὁ, dolium: qu. ubi τῶ πιεῖν θέσις. Hinc πιθεὼν, torcular, cella vinaria.

Πίθω, Dor. pro πίθου, gen. sing. à πίθος, ου, ὁ, dolium.

Πιθώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, dolii figuram gerens; à Th. πίθος, ὁ, dolium; unde πίθοι, dicuntur etiam species quædam rerum in aëre apparentium, ob dolii similitudinem, Aristot. de mundo.

Πίθων, ωνος, ὁ, Poët. idem ac πίθηξ, simia.

Πιθὼν, part. a. 2. à πείθω, a. 2. ἔπιθον.

ΠΙΚΕ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, butyrum: an πῖος κηρίον.

Πικὸς, dialecto quâdam dicitur, pro πικρὸς, Hesych.

Πικραίνω, amaritudinem affero, f. ανῶ. a. 1. ἐπίκρανα, a. 1. inf. πικρᾶναι, præt. pass. πικραίνομαι, exacerbor, tum amarulentus. a. 1. pass. ἐπικράνθην, ης, η. Th. πικρὸς, amarus.

Πικρὰν, acc. sing. f. g. à πικρὸς, ά, όν, amarus, a, um.

Πικρασμὸς, amaritudo; verbale, à πικραίνω, amarum reddo, & Metaph. exacerbo, &c. V.

Πικρία, ας, ἡ, amarulentia, amaritudo. Th. πικρὸς.

Πικρίζω, amaresco, vel, amarorem refero; amaro similis sum; itidem à Them. πικρὸς, V. Unde etiam, πικρὶς, ίδος, ἡ, nomen herbæ; cichorium scil. atque intybum sylvestre, καὶ τῆς σέρεως, species; de qua Virgil. & amaris intyba fibris; transfertur à Gaza, sylvestris, seu, agrestis lactuca; in Aristot. 9. 6. an. occurrit etiam Exod. 12. his verbis, φάγονται τὰ κρέα, τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ὀπτὰ πυρὶ, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται; i. e. edent carnes hac nocte assas igni, & azymos panes cum cum lactucis agrestibus, &c. Unde πικρίδια σῦκα, apud Athen. l. 3. dici videntur, ficus subamaræ; vel, quâ picridem gustantibus referunt, in gustu scil. amaræ istius herbæ; de qua Theophr. H. 7. 11. & Plin. 19. 8. &c. Sic etiam, τὸ ἀνδρόσακες, à quibusdam appellatur πικρὶς; ut est in append. Diosc.

Πικρόγαμος, cui acerbæ nuptiæ contigerunt; ut, Od. α. πικρόγαμοι, οἱ, qui acerba contraxerunt matrimonia; ex πικρὸς, & γάμος, ὁ, V. Sic etiam, πικρόγλωσσος, cujus lingua est amara, maledicus; ex πικρὸς & γλῶσσα, ἡ, V. Item, πικρόκαρπος cujus fructus est amarus, Æsch. ex πικρὸς & καρπὸς, ὁ, V.

ΠΙΚΡΟ'Σ, ά, όν, amarus, a, um: hinc γλυκύπικρος, dulcedinem amarori permixtam habens.

Πικρότης, ητος, ἡ, amaritudo: à præced.

Πικρόχολος, ου, ὁ, in quo redundat amara bilis; apud Hippocr. Sic dicitur is in quo redundat flava bilis, quæ plerumque amara esse solet; biliosus, seu, bilis amaræ plenus; unde in Epigr. Archilochi στόμα, πικρόχολον dicitur, i. e. os effundens verba ex amara bile profecta; ex præced. Th. πικρὸς, & χολὴ, ἡ, unde, χόλος, ὁ, &c. V.

Πικρόω, ῶ, amarum reddo, exacerbo. Th. πικρός.

Πικρῶς, adv. amarè: à πικρός.

Πιλάδιον, ου, τὸ, dicitur interdum, pro πιλίδιον, id V.

Πιλάτος, ου, ὁ, nomen præsidis Romani, Lat. telo armatus.

Πιλέω, ῶ, & πιλόω, ῶ, cogo, coarcto, constipo. Th. πῖλος. Hinc Angl. to pile.

Πίλημα, ατος, τὸ, lana coacta: à præced.

Πίλημα, præced. cento, centunculus; simpl. est spissitudo, seu, crassitudo, vel, crassities; & proinde quævis est etiam

etiam res alia constipata in modum lanæ coactæ; Aristot. de mundo; ita enim πλέω, cujus est verbale, significat; unde in Epigr. μάζα ὕδατι πιληθεῖσα, maza subacta aquâ, & coacta in modum lanæ coactilis, &c. à quo verbo etiam sunt verbalia seq. Πίλησις, εως, ἡ, densatio, coactio, & constipatio; qualis est eorum qui lanas cogunt; item exp. coarctatio, compressio; Gal. Πιλητὴς, ȣ, ὁ, qui cogit & constipat, peculiariter, lanas & villos; unde, πιλητικὸς, cogendi & constipandi vim habens, seu, densandi suo compressu; ut, Aristot. Probl. Segm. 14. τὸ ἢ ψῦχ☉ πιλητικὸν ὄν; i.e. frigus autem densat atque cogit; sic & πιλητὸς, ȣ, ὁ, adject. coactilis; vel, coactus & constipatus; peculiariter ex lanis ac villis; sed dicuntur etiam, πιλητὰ κτήματα; apud Plat. &, πιληταὶ φοινικίδες, appellabantur purpureæ vestes ex lana coacta; quibus puniceis vestibus amiciebantur purpureæ pilæ, (cujus vocis origo, non à pinso, ut volunt; sed à Græco hoc verbo πιλῶ, i. e. cogo, coacto;) quæ erant effigies viriles & muliebres ex lana, ad irritandos tauros exhibitos in theatrali spectaculo, &c. Omnia, à seq. Th. πῖλ☉, ȣ, ὁ, indumentum capitis è lana villisque compactum; unde in plur. πῖλοι, dicebantur & indumenta ex lana villisque compacta; quibus pectus, seu thoracibus, & alia, muniri solebant; coactilia, seu, coactæ vestes; filtri vulgò dicti; item, tapetes spissi, ex lana crassa compacti, &c. V. Unde etiam, πιλίδιον & πίλιον, τὸ, diminut. ut & πιλίσκ☉, ὁ, pileolus, seu, parvus pileus; item, centunculus; apud Suid. & interdum, simpl. πίλιον, est, πῖλ☉, pileus.

Πιλνᾷ, dejicit, 3. præs. ind. act. verbi πιλνάω, idem quod πελάω, appropinquo. Th. πέλας, adv. propè.

Πίλναμαι, pass. à πίλνημι, appropinquo, idem quod πιλνάω. Vide πιλνᾷ.

Πίλνατο, Ion. pro ἐπίλνατο, 3. sing. imperf. pass. à πίλναμαι, quod V.

Πιλνάω, ῶ, idem quod πελάω, seu πελάζω, appropinquo. Them. πέλας, adv. propè.

Πιλνάω, præced. propriè, idem est quod πελάω & πελάζω, in transitiva ejus signif. viz. appropinquare facio, admoveo; nam sic, terræ aliquis, aliquid πιλνᾷ, quum facit ut in eam se inclinet, seu, cadat, &c. V.

Πιλοποιὸς, qui pileos ex coactis lanis pilisve conficit; unde, Πιλοποιΐα, ars τῶν πιλοποιῶν, quæ dicitur & πιλοποιϊκή; à πιλοποιϊκὸς, ad coactiliarium pertinens; item, πιλοποιέω, pileos & coactilia conficio; unde, πιλοποιητικὸς, idem quod πιλοποιϊκὸς, & πιλοποιητικὴ κονία, dicitur lixivium, quo πιλοποιοὶ utuntur in agendis parandisque lanis; omnia, ex seq. Th. πῖλ☉ & ποιέω, &c. V.

ΠΙ͂ΛΟΣ, ȣ, ὁ, PILEUS, seu pileum; item PILA strues: Angl. a Pile. hinc

Πιλόω, ῶ, f. ώσω, & πιλέω, cogo, coarcto: à præced.

Πίλωσις, εως, ἡ, coactio & constipatio, qualis eorum est qui lanas constipant & cogunt; item, πιλωτὸς, ὁ, coactus & constipatus; præcipuè ex lanis ac villis, vel, more talium; ut &, πιλωτάρι☉, ὁ, coactiliarius, seu, coacti la faciens; (i. e. πιλοποιὸς) Omnia verbalia, à præced. πιλόω, consti o, seu, condenso more τῶν πιλοποιῶν, lanas villosque cogentium, &c. V.

ΠΙΜΕΛΗ`, ῆς, ἡ, pinguedo: & hinc

Πιμελὴς, έ☉, ὁ, ἡ, pinguis, obesus: qu. à πῖ☉, pinguedo & μέλ☉, membrum.

Πιμελώδης, ε☉, ὁ ϗ ἡ, obesus, adipalis; item, speciem gerens τῆς πιμελῆς, similis pinguedini; à Th. præced. πιμελὴ, omne id quod pingue dicitur in corporibus animalium; idem quod πίαρ & λίπ☉; licet Aristot. H. an. 3. 17. dicat πιμελὴν esse χιτὸν ϗ ἄπηκτον, fierique inter carnem cutemque, succo liquidam; idem tamen alibi, & pro adipe accipit.

Πιμπλάνεται, impletur, 3. sing. præs. p. ss. verbi πιμπλάνομαι. perf. πέπλησμαι. a. 1. pass. ἐπλήσθην. Th. πλέ☉, plenus.

Πίμπλαντ', plena erant, Ion. pro ἐπίμπλαντο, 3. pl. imperf. pass. verbi πίμπλημι, f. πλήσω, idem quod πλήθω, impleo. Them. πλέ☉, plenus.

Πιμπλάω, impleo, activè; ut, πιμπλᾶσι ἄρτων σῶμα, corpus stipant panibus; apud Aristoph. & πίμπλαμαι, passivè; impleor, plenus sum; i. e. πληροῦμαι; ut Il. α. μένε☉ φρένες πίμπλαντο, i. e. πληροῦντο; ab eod. Th. cum præced. V. Item, πιμπλάνομαι, (pr. πέπλησμαι. a. 1. ἐπλήσθην, &c.) impleor, idem quod πίμπλαμαι, Il. 1. itidem, ab eod.

Πιμπλεῦσαι, replentes, Æol. pro πιμπλᾶσαι, nom. pl. part. præs. f. g. à πιμπλὰς, ᾶσα, verbi πίμπλημι, fut. πλήσω, idem cum πλήθω, impleo. Th. πλέ☉, plenus.

Πίμπλε, imple, Att. pro πίμπλαθι, præs. imperat. à

Πίμπλημι, idem quod πλήθω, impleo. Th. πλέ☉.

Πιμπρεὰς, ᾶσα, ὰν, præs. part. act. à πίμπρημι, idem quod πρήθω, incendo.

Πιμπρεάω, seu, πιμπρέω, dicitur, pro seq. πίμπρημι, seu, πίπρημι; comburo; item, Metaph. uro; item, inflo; & in pass. πίμπρεμαι, inflammor, ardeo, uror; & interdum activè, inflammo; &, inflo, &c. Vide seq.

Πίμπρημι, seu πρήθω, incendo. f. πιμπρήσω, & πρήσω. p. πέπρηκα. a. 1. ἔπρησα, præs. pass. πίμπρεμαι, incendor, intumesco. præs. inf. pass. πίμπρεσθαι. Th. πρήθω.

Πιμπρήσω, incendam, fut. 1. à πίμπρημι, quod V.

Πινακηδὸν, in modum tabularum, seu, asserum; apud Aristoph. in Ran. est adv. à πίναξ, ακ☉, ὁ, unde πινακὶς, ίδ☉, ἡ, &c. V.

Πῖν, pro πῖνε, bibe, præs. imperat. à πίνω, bibo.

Συμβακχεύω, unà baccor, vel unà cum aliis bacchanalia celebro; ex σὺν, & βακχεύω; V.

Συμβαλεῖν, a. 1. inf. act. verbi συμβάλλω; q. v.

Συμβαλλεόμενος, conjiciens, Ionicè, & Atticè pro συμβαλλόμενος, præsent. partic. passiv. Sic συμβαλεόμενος, pro συμβαλόμενος, aorist. 2. part. m. verbi ejusd.

Συμβάλλετον, 2. dual. imperf. act. Ion. pro συνεβάλλετον· à

Συμβάλλω, diligenter considero, conjicio, confero: Item congredior cum aliquo: fut. συμβαλῶ· aorist. 2. συνέβαλον· aor. 2. inf. activ. συμβαλεῖν, confligere: perf. συμβέβληκα· aor. 2. m. συνεβαλόμην, ου, ετο, contuli, cum dativ. præt. m. συμβέβολα· unde σύμβολον, ου, τὸ signum, tessera militaris, quâ socii ab hostibus dignoscuntur. Th. βάλλω, jacio.

Σύμβαμα, τὸ, eventus, casus fortuitus: Item propositio ex nomine & verbo, perfectam sententiam reddens; est verbale, à συμβαίνω; V.

Συμβάμεν, Doricè pro συμβῆναι, aor. secund. infinit. activ. verbi συμβαίνω; quod V.

Συμβάντα,

Συμβάντα, acc. sing. à
Συμβὰς, άντος, a. 2. part. act. gen. plur. συμβάντων, verbi συμβαίνω, quod vide.
Συμβασείω, compositionis desiderio teneor; à σύμβασις, εως, compositio, pacificatio; item, fœdus, pactum, conventum, &c. V.
Συμβασιλεύω, unà regno: f. εύσω. p. συμβεβασίλευκα. a. 1. συνεβασίλευσα. a. 1. sub. συμβασιλεύσω, ῃς, ῃ. Ex σὺν & βασιλεύω, regno. Them. βασιλεὺς, rex.
Σύμβασις, εως. ἡ, comparatio, conventio: à συμβαίνω, quod V.
Συμβαστάζω, simul porto, simul fero; exp. & confero; item comparo; ex Jobi c. 18. ex σὺν & βαστάζω. V.
Συμβατήριος λόγος, & συμβατικὸς λόγος; dicitur sermo de pace componenda; apud Thuc. & Plut. Unde adv. συμβατικῶς, q. d. pacificatoriè, Plut. à præced. σύμβασις, vel à συμβαίνω, V.
Συμβεβάναι, Ion. pro συμβεβηκέναι, perf. inf. act. &
Συμβέβηκα, ας, ε, perf. ind. act. &
Συμβῇ, 3. sing. a. 2. sub. act. &
Συμβήσομαι, f. 1. m. verbi συμβαίνω, evenio; quod V.
Συμβεβηκότως, per accidens; est adv. à præced. συμβέβηκα, V. Συμβιάζω, ομαι, simul vim infero; ex σὺν & βιάζω.
Συμβιβάζω, instruo, collatis scripturæ locis probo: f. άσω, εις, ει. a. 1. ind. act. συνεβίβασα. præt. pass. συμβιβάζομαι, compingor: a. 1. ind. pass. συνεβιβάσθην, ης, η. a. 1. part pass. συμβιβασθεὶς, έντος, compactus: ex σὺν & βιβάζω, facio ascendere. Th. βαίνω, scando, eo.
Συμβιβασθέντων, gen. plur. a. 1. part. pass. verbi præced.
Συμβίβασις, εως, ἡ, instructio, informatio, conciliatio, affirmatio; Hesych. exp. πεῖσις, διδαχὴ, πίστις; item, συμβιβασμὸς, pactum, transactio, concordia; & Συμβιβαστικὸς, pacificatorius; Plut. Omnia à præced. συμβιβάζω, ομαι, V.
Συμβιβάω, ῶ, unà eo, comitor; ex σὺν & βιβάω, Poët. pro βαίνω, &c. V.
Συμβιβῶ, instruam, Psal. 32. 8. contract. pro -άσω, Att. pro συμβιβάσω, f. 1. verbi συμβιβάζω, quod V.
Σύμβιος, qui alicui convivit, contubernalis; ex σὺν & βίος, ὁ, V.
Συμβιόω, f. ώσω, convivo; ex σὺν & βιόω, vivo. Th. βίος, vita.
Συμβίωσις, convictus dicitur, inter illos, qui simul vivunt, & contubernales sunt; unde exp. contubernium; item vitæ consuetudo; Plut. verbale, à præced. συμβιόω, V.
Συμβιωτὴς, ῦ, ὁ, convictor, contubernalis: à præced. quod V.
Συμβλαστὴς, congerminans; item, germinationem juvans; Theophr. ex σὺν & βλάστη, ἡ. V.
Σύμβλημα, ατος, τὸ, commissura: à συμβάλλω, quod V.
Σύμβλησις, εως, ἡ, compago: ab eod. verbo.

Συμβλητ' ἐστὶ, conferenda sunt; verbale à συμβάλλω, confero.
Συμβλητὸς, conferendus, qui comparari potest; unde συμβλητικὸς qui potest conferre; verbalia, ab eod. συμβάλλω, V. Unde etiam præced. σύμβλησις, exp. conjectura; seu somniorum, signorum, prodigiorum, & cæterorum hujusmodi interpretatio, Arr. in exped. Alex. &c. V.
Συμβοάω, simul clamo; ex σὺν & βοάω, V. Item, συμβοηθέω, ad opitulandum, seu auxilium ferendum convenio; unde συμβοήθεια, ad auxilium ferendum concursus; & συμβοηθὸς, qui ad suppetias ferendas unà cum aliis convenit, auxiliaris; ex σὺν & βοηθέω, unde, βοήθεια, & βοηθὸς, &c. Vide.
Συμβολαιογράφος, tabularius, qui contractus scribit; ex seq. συμβόλαιον, pactum, conventum, contractus, commercium, &c. V.
Συμβολεὺς, έως, ὁ, piscatorum instrumentum, circa quod retia texunt; à συμβάλλω, V.
Συμβόλαιον, ου, τὸ, signum, argumentum: &
Συμβολὴ, ῆς, ἡ, conjectura, congressus, conflictus; commissura: à συμβάλλω, quod V.
Συμβολία, occursus; item, casus vel successus; à præced. συμβολὴ, V.
Συμβολικὸς, ῦ, conjecturalis, ænigmaticus: &
Συμβολικῶς, adv. conjecturaliter: à συμβάλλω, conjicio. p. m. συμβέβολα. Th. βάλλω, jacio.
Συμβολοκοπῶν οἰνοφλυγεῖ, Deuteron. c. 21. commessationibus vacat, atque conviviis & luxuriæ; nam συμβολοκοπέω, ῶ, est, Symbolas do in convivia; Bud. Item, simpl. do Symbolum, vel annulum; ex σύμβολον, seq. & κοπὴ, ἡ, vide.
Σύμβολον, ου, τὸ, signum: ab eod. verbo.
Σύμβολον, præced. nota, indicium; de variis rebus dicitur; ut de signo militari; & pro eo quod insigne appellatur; & pro tessera publica, vel privata; item, pro omine, & præsagio; quod rei futuræ signum sit; item, similitudo, & quædam naturæ communitas; ducta Metaphora, ab hospitalibus Symbolis, ut sit, velut societas quædam, & necessitudo, ex hospitio contracta; item, ut συμβολὴ, id quod confertur; collecta, collatio; atque hinc σύμβολον Apostolicum, quia, inquit Augustinus, collata in unum totius catholicæ legis fides, Symboli brevitate colligitur; item pro pacto, & conventu, &c. V. Item, σύμβολος, ου, ὁ, omen, augurium, auspicium; & σύμβολος, ὁ, ἡ, exp. & obvius; unde συμβολεῖν & συμβολῆσαι, obvium fieri, occurrere; apud Hesych. ab eod. συμβάλλω, V.
Συμβόσκω & συμβόσκομαι, simul pascor; Isa. 11. Unde, σύμβοτος, compascuus; ex σὺν & βόσκω, à Th. βόω, ῶ, unde βοτὸς, &c. V.
Συμβούλευσις & συμβούλευμα, consilium quod alicui datur, consultatio, admonitio; item, συμβουλευτὴς, senator; verbalia, à συμβουλεύω, V. Item, Συμβουλευτικῶς, dando consilium; hortativè, est adv. à seq. συμβουλευτικὸς, V.
Συμβουλευτικὸς λόγος, oratio suasoria: à
Συμβουλεύω, simul consulto, consilium do. f. εύσω. p. συμβεβούλευκα. a. 1. συνεβούλευσα, ας, ε, a. 1. part. act. συμβουλεύσας, αντος. a. 1. m. συνεβουλευσάμην, ω, ατο. Ex σὺν & βουλεύω, consulto. Th. βουλὴ, consilium.
Συμβουλὴ, ῆς, ἡ, consilium, consultatio: &
Συμβουλία, ας, & Ion. η, ῆς, consilium: &
Συμβουλία, ας, ἡ, consultatio, consilium; à συμβουλὴ, V.
Συμβούλιον, ου, τὸ, consilium; item senatores. Th. βουλὴ, consilium.
Σύμβουλος, ου, ὁ, consiliarius, consultor; qui consilium dat; à συμβουλὴ, vide.
Συμβράζω, simul expello, ejicio; Metaphora ab his, quæ æstûs impetu ejiciuntur; 2 Macchab. ex σὺν & βράζω, V. Item, σύμβωμος, qui in eadem cum alio, ara collocatus est; ejusdem aræ particeps; ut, σύμβωμοι θεοὶ, Dii quos ejusdem aræ honore dignabantur; cujusmodi Amanus & Anadantus; apud Persas; Strabo; ex σὺν & βωμὸς, ὁ, V.
Συμμαθητὴς, ῦ, ὁ, condiscipulus, à
Συμμανθάνω, unà disco, Th. μανθάνω, disco. f. μαθήσομαι. a. 2. ἔμαθον.
Συμμαθητιάω, vel συμμαθιάω, simul discere cupio; à præced. συμμαθητὴς, vel συμμανθάνω, V.
Συμμαλάττω, unà mollio, vel unà subigo; ex σὺν & μαλάττω, V. Item, συμμάρπτω, corripio, comprehendo; ut Od. 1. σὺν δ' ὕο μάρψας, per Tmesin, pro συμμάρψας, duos comprehendens; ex σὺν & μάρπτω, V.
Συμμαρτυρέω, ῶ, unà testimonium reddo, una testor. f. ήσω. p. συμμεμαρτύρηκα. a. 1. συνεμαρτύρησα. Ex σὺν & μαρτυρέω, testor. Th. μάρτυρ, υρος, ὁ, ἡ, testis.
Συμμαχέω, ῶ, in bello sum socius, socius sum pugnæ: ex σὺν & μάχομαι, pugno. f. ήσομαι vel έσομαι.
Συμμαχία, ας, & Ion. η, ἡ, societas in bello, a præced.
Συμμαχίδα, acc. sing. à
Συμμαχὶς, ίδος, ἡ, socia: à
Σύμμαχος, ου, ὁ, ἡ, commilito, pugnæ socius. Hinc συμμαχικὸν, ῦ, τὸ, sociale: à συμμάχομαι, simul pugno. Th. μάχομαι, pugno.
Συμμαχικὸς, socialis; ut συμμαχικὸς πόλεμος, bellum sociale; in neut. συμμαχικὸν, commilitium; copiæ sociorum; & in plur. τὰ συμμαχικὰ, quæ mutuo sunt auxilio; auxiliares copiæ; auxilia; à præced. συμμάχομαι, socius sum pugnæ, &c. V.
Συμμεθίστημι, & συμμεθίσταμαι, simul muto, & simul mutor; Plut. ex σὺν & μεθίστημι, V. Item, συμμελαίνω, simul nigrum reddo, vel denigro; Plut. ex σὺν & μελαίνω, V.

Συμμένειν, consistere, permanere, durare. Th. μένω, maneo.

Συμμένια, ας, ἡ, constantia à præced. συμμένω, unà maneo, vel conjunctus maneo; permaneo, &c. V.

Συμμερίζομαι, unà partem capio, cum dat. Ex σὺν & μερίζω, partior, distribuo. f. ίσω, perf. pass. μεμέρισμαι. Th. μέρος, divido.

Συμμεριστὴς, particeps; Suid. à præced. συμμερίζομαι, V.

Συμμεσουράνησις, situs eorum quæ simul cœli medium tenent; Strab. ex σὺν & μεσουρανέω, unde μεσουράνησις, &c. V. Item, συμμεταβάλλω, unà mutor, commutor; & συμμεταβάλλομαι, exp. deficio, abscedo; i.e. ἐφίσταμαι; ex σὺν & μεταβάλλω, V.

Συμμετασχηματίζω, transfiguro. Hinc præs. part. pass. Συμμετασχηματιζόμενος· à μετασχηματίζω, transformo: hoc ex μετὰ, trans, & σχῆμα, ατος, τὸ, habitus. Them. ἔχω, habeo. f. ἕξω, & σχήσω. perf. pass. ἔσχημαι.

Συμμεταίτιος, ut συναίτιος, qui simul cum alio, vel aliis in causa est alicujus rei; & exp. à Bud. adminiculum primæ causæ, ex σὺν & μεταίτιος, ὁ, V. Item, συμμετέρχομαι, concomitor; ex σὺν & μετέρχομαι, V. Item, συμμεταφέρω, simul, vel unà transfero; ex σὺν & μεταφέρω, V. Item, συμμεταχειρίζομαι, unà cum alio tracto, vel administro; ex σὺν & μεταχειρίζω, V.

Συμμετεῖχον, ες, ε, imperf. act. à

Συμμετέχω, unà particeps sum: ex σὺν & μετέχω, particeps sum. f. μεθέξω. Hoc ex μετὰ & ἔχω, habeo. imperf. εἶχον. a. 2. ἔσχον.

Συμμέτοχος, ου, ὁ, ἡ, consors, unà particeps: à præced.

Συμμετρία, ἡ, symmetria; commensus; apta compositio membrorum; sed exp. etiam, modus & proportio; item, numeratur & inter vestes muliebres; Pol. Sic & συμμετρέω, unà metior, & συμμετρέομαι, pro eod. Unde verbale, συμμέτρησις, commensus; mensio cum aliqua re comparata; omnia, ex σὺν & μέτρον, τὸ, unde μετρέω, &c. V. Vel ex seq. σύμμετρος, ου, ὁ, ἡ, q. d. commensus; unde σύμμετρα, propriè dicuntur ea quæ sunt ejusdem seu paris mensuræ; item, quæ justæ ac quadratæ sunt magnitudinis, &c. Vide.

Σύμμετρος, ου, ὁ, ἡ, modicè temperatus. Hinc συμμέτρως, moderatè. Th. μέτρον, mensura.

Σύμμηρος, qui est contractis femoribus; in Hippiatr. ex σὺν & μηρὸς, ὁ, V. Item συμμήστωρ, consiliarius; unde in plur. συμμήστορες, consiliarii, & adjutores; ex σὺν & μήστωρ, ὁ, V. Item, συμμητιάω, do consilium, vel propriè unà ineo consilium; & in pass. συμμητιᾶσθαι, cum alio consultare, seu consilia cum aliquo communicare; ex σὺν & μητιάω, V.

Σύμμιγα, adv. promiscuè cum, simul cum, à sequent.

Συμμίγνυμαι, commisceor. præs. part. Συμμιγνύμενος. Them. μίγνυμι, misceo. f. μίξω. p. μέμιχα. a. 2. ἔμιγον.

Συμμίγδην, commistim; adv. Item, συμμιγὴς, commixtus, promiscuus; ut συμμιγὴς φόνω, cum cæde permixtus; item, σύμμιγμα, τὸ, quod commistione constat; Plut. Omnia, à συμμίγνυμι, vel συμμιγνύω, commisceo, permisceo; ex σὺν & μίγνυμι, V. Ut & seq. σύμμικτος, promiscuus; ab eod.

Σύμμικτος, ου, ὁ, ἡ, omnigenus, permixtus: à præced.

Συμμιμητὴς, οῦ, ὁ, simul imitator. Ex σὺν & μιμητὴς, imitator. Th. μιμέομαι, οῦμαι, imitor. f. ήσομαι.

Συμμίξῃς, 2. sing. a. 1. sub. act. συμμίξαι, a. 1. inf. act. verbi συμμίγνυμι, commisceo. f. ξω. Th μίγνυμι, misceo.

Σύμμιξις, εως, ἡ, commistura, commixtio, item, consortium, verbale ab eod. συμμίγνυμι, præced. V.

Σύμμισγε, præs. imperat. act. à

Συμμίσγω, idem cum συμμίγνυμι, quod vide in συμμίξῃς.

Συμμίσγομαι, commisceor; Il. β est pass. ab act. præced. Συμμίσγω, vide.

Συμμισοπονηρέω, unà improbitatem odi, una indignor ob facti iniquitatem; 2. Macchab. c. 4. ex σὺν & μισοπονηρέω, V. Item συμμιαίνω, simul inquino; ex σὺν & μιαίνω, V.

Συμμιχθῇς, commiscearis, 2. sing. a. 1. sub. pass. verbi συμμίγνυμι, quod vide.

Συμμνημονεύω, simul in memoriam revoco; Plut. ex σὺν & μνημονεύω, vide.

Συμμοιράομαι, participo, simul partem capio; ex σὺν & μοιράομαι, sortitò partem capio, ab act. μοιράω, V. Item σύμμολπος, qui cum alio canit; ex σὺν & μολπὴ, ἡ, V. Item συμμορία, ας, ἡ, munerum societas; item decuria; apud Athenienses. Vide Constant. sed exp. etiam, curia; item, tribus; unde συμμορίτης, qui est ejusdem decuriæ; Pol. ex σὺν & μόριον, τὸ, vide.

Σύμμορφος, ου, ὁ, ἡ, conformis: σύμμορφα, nom. pl. n. g. Ex σὺν & μορφὴ, forma.

Συμμορφόω, ῶ, conformo. f. ώσω. p. συμμεμόρφωκα. præs. pass. συμμορφόομαι, οῦμαι, conformor: à præced.

Συμμυολόγος, q. d. cui sermo in ore comprimitur; tacens, taciturnus; ex seq. συμμύω & λόγος, &c. V. Item, συμμύστης, iisdem sacris initiatus; socius in sacrorum initiatione; ex σὺν & μύστης, ὁ, V. Item, συμμύω, claudor, vel clausus sum; item, comprimor, vel compressus sum; unde verbale, σύμμυσις, ἡ, compressio, compressus; ex σὺν & μύω, f. σω, &c. V.

Συμπάθεια, ας, ἡ, consensus in affectibus, convenientia & conjunctio naturæ, SYMPATHIA. Angl. Sympathy. ex iisd. cum seq.

Συμπαθέω, ῶ, condoleo, unà patior. f. ήσω. a. 1. συνεπάθησα. a. 1. imperat. act. συμπάθησον, άτω, a. 1. inf. act. συμπαθῆσαι. ex σὺν & πάσχω, patior. f. πείσομαι. a. 2. ἔπαθον. p. m. πέπονθα.

Συμπαθὴς, έος, ὁ, ἡ, compatiens, condolens, ab iisd. Th.

Συμπαθῶς, cum consensu affectuum; item, cum commiseratione, & quasi condolescentia; est adv. à præced. συμπαθὴς, V. Συμπαίζω, colludo, simul ludo, unà ludo; ex σὺν & παίζω, V. Unde verbale, συμπαιγνία, collusio, item, deceptio, &c. V.

Συμπαιδεύω, condoceo, condocefacio; ex σὺν & παιδεύω, V.

Συμπαισδεν, Dor. pro συμπαίζειν, colludere. Th. παίζω, ludo.

Συμπαίκτης, ου, ὁ, & συμπαίστωρ, ορος, ὁ, & in fœm. συμπαίστρια, qui vel quæ colludit, seu colludere solet; sed, συμπαίστωρ, exp. etiam, simul nutritus; & pro eod. dicitur & συμπαίκτωρ, omnia verbalia, à Συμπαίζω, V.

Συμπαιωνίζω, vel συμπαιανίζω, simul pæanam seu pæanas recito vel cano; Polyb. ex σὺν & παιωνίζω, vel παιανίζω, &c. V. Item, συμπαλαίω, colluctor; ex σὺν & παλαίω, V. Συμπανηγυρίζω, unà festum ludosve panegyricos celebro; sed exp. & concelebro; ex σὺν & πανηγυρίζω, V. Item, Συμπανουργέω, ῶ, colludo, contechnor; ex σὺν & πανουργία, &c. Vide.

Συμπάντων, vide σύμπας.

Συμπαραγγέλλοντες, competitores; est part. præs. quasi ab inusit. συμπαραγγέλλω; ex σὺν & παραγγέλλω, V. Item, συμπαραγίγνομαι, idem quod seq. συμπαραγίνομαι, V.

Συμπαραγίνομαι, unà accedo, adsum. f. Συμπαραγενήσομαι a. 2. m. Συμπαραγενόμην, ου, ετο, ex σὺν, παρὰ & γείνομαι, seu γίνομαι, sum.

Συμπαραθέω, cursitando assector; simul accurro, concurro; ex σὺν & παραθέω, V. Item, συμπαραινῶ, simul exhortor, unà cum aliis hortor; vel simpl. hortor, adhortor; ex σὺν & παραινέω; item, συμπαρακαθίζω, & συμπαρακαθίζομαι, unà, seu cum aliis juxta me colloco; unà, seu cum aliis assidere mihi jubeo; ex σὺν & παρακαθίζω, V.

Συμπαρακαλέομαι, οῦμαι, communem consolationem percipio. a. 1. ind. pass. συμπαρεκλήθην, ης, η. a. 1. inf. pass. συμπαρακληθῆναι, mutuâ erigi consolatione: ex σὺν, παρὰ & καλέω, voco.

Συμπαρακαλέω, ῶ, unà advoco, unà exhortor; Plat. ep. 7. ex σὺν & παρακαλέω, V. Item, συμπαράκειμαι, unà adjaceo; ex σὺν & παράκειμαι, vide.

Συμπαρακληθῆναι, vide in præc.

Συμπαρακολουθέω, assector, concomitor; ex σὺν & παρακολουθέω, quod ex παρὰ & ἀκολουθέω, V.

Συμπαραλαμβάνω, simul assumo. f. συμπαραλήψομαι. a. 2. ind. act. συμπαρέλαβον, ες, ε, a. 2. inf. act. συμπαραλαβεῖν, a. 2. part. συμπαραλαβὼν, όντος

ἐιλῆφθαι· ex σὺν, παρὰ & λαμβάνω, capio. perf. pass. εἴλημμαι. a. 1. pass. εἰλήφθην. Atticè.
Συμπαρεληφθῆς, 2. sing. a. 1. sub. pass. verbi præced.
Συμπαραμμένω, unà permaneo. f. νῶ. p. συμπαραμεμένηκα. a. 1. ind. act. συμπαρέμεινα· ex σὺν, παρὰ & μένω, maneo. f. νῶ. a. 1. ἔμεινα.
Συμπαρανεύω, partim assentior, partim dubito; quod fit, cum assentitur aliquis & non intelligit quid dicatur; ex σὺν & παρανεύω, V. Item, συμπαρανήχομαι, simul nato; seu unà ad latus nato; ex σὺν & παρανήχομαι, V. Sic & συμπαραπέμπω, unà deduco, unà prosequor; ut in funere fit; item unà adveho, vel importo; ex σὺν & παραπέμπω, V. Συμπαραπλέω, simul adnavigo, prætervavigo; ex σὺν & παραπλέω, V. Συμπαραπόλλυμαι, simul pereo; ex σὺν & παραπόλλυμι, V. Συμπαρασκευάζω, apparo, seu comparo; adjuvo in apparando, seu comparando; sed exp. & simul efficio; ex σὺν & παρασκευάζω, V. Item, συμπαραστάτης, qui unà à latere adstat; socius, adjutor: auxiliarius, miles; & qui opis gratiâ alicui adstat; militaris est dictio; unde, συμπαραστατέω, unà à latere sto; unà adsto; item, unà auxilior, unà adsum & opitulor; sic & συμπαρίστημι, idem; omnia, ex σὺν & παρίστημι; unde, παραστάτης & παραστατέω, &c. V. Συμπαρατηρέω, unà observo; ex σὺν & παρατηρέω, V. Συμπαρατροχάζω, unà prætercurro, unà curro; Plut. ex σὺν & παρατροχάζω, V. Συμπαραφέρομαι, unà transversus auferor; unà abripior; ex σὺν & παραφέρω, ομαι, &c. V. Συμπαρεδρεύω, assideo; item, assiduus sum in aliqua re; ex σὺν & παρεδρεύω, V. Συμπάρειμι, vide in seq. συμπαρεόντες; Συμπαρεισέρχομαι, simul subingredior; simul irrepo; ex σὺν & παρεισέρχομαι, V. Item, συμπαρεκτείνω; simul extendo; item, comparo, contendo; ex σὺν & παρεκτείνω, V. Item, συμπαρέκτασις, contentio, collatio, comparatio: est verbale à præced. συμπαρεκτείνω, V.
Συμπαρεόντες, qui cum iis sunt, nom. pl. præs. part. Poët. p. ο συμπαρόντες; à συμπάρειμι, unà adsum; quod ex σὺν, παρὰ & εἰμὶ, sum. præs. part. ὤν. Poët. ἐὼν, ἐόντος.
Συμπαρέπομαι, q. d. concomitor; item, prætereo, obtingo, vel accedo; ex σὺν & παρέπομαι, V.
Συμπαρέσταπεν, Dor. pro
Συμπαρέστησεν, adstare fecit vel jussit. 3. sing. a. 1. ind. act. à
Συμπαρίστημι, simul adsto. Ex σὺν, παρὰ & ἵστημι, sto, statuo.
Συμπαρέχω, unà præbeo; ex σὺν & παρέχω, V. Item, Συμπάρθενος, simul virgo; ex σὺν & παρθένος, V. Συμπαρίπταμαι, sive συμπαρίπτημι; simul prætervolo, vel simul volo; ex σὺν & παρίπτημι, V. Item, συμπάροικος, contubernalis; Pol. ex σὺν & πάροικος, V. Συμπαρολισθαίνω, simul lubricè delabor, prolabor; Plut. ex σὺν & παρολισθαίνω, V. Item, συμπαρομαρτέω, concomitor, comitor, asseclor; item assequor; ex σὺν & παρομαρτέω, vide.
Σύμπας, αντος, universus, totus. gen. pl. συμπάντων· ex σὺν, & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, omnis, e.
Συμπάσσω, conspergo; unde verbale, σύμπασμα, τὸ, id quo aliquid conspergitur; & in plur. συμπάσματα, τὰ, ea quibus corpus conspergitur; ex σὺν & πάσσω, V.
Συμπάσχω, simul patior. a. 2. συνέπαθον. p. m. συμπέπονθα; ex σὺν & πάσχω, patior. f. πείσομαι.
Συμπαταγέω, q. d. constrepo; simul strepo; aut fragorem, seu crepitum, aut fremitum simul edo; sed exp. etiam collido; palmâ, aut volâ apertâ quatio; ex σὺν & παταγέω, V. Συμπατάσσω, simul pulso, simul percello, & attonitum reddo; item, collido; ex σὺν & πατάσσω, V. Συμπατέω, conculco, in pass. συμπατέομαι, conculcor; ex σὺν & πατέω, V. Item, συμπατριώτης, ου, ὁ, qui ejusdem est patriæ, conterraneus, popularis; ex σὺν & πατριώτης, V. Συμπεδάω, colligo, constringo; ex σὺν & πεδάω, vide.
Συμπείθω, unà persuadeo, persuadeo. Th. πείθω, f. σω, persuadeo.
Σύμπειρος, ου, ὁ, ἡ, qui idem cum aliquo experitur: ex σὺν & πεῖρα, ας, ἡ, inceptum.
Συμπέμπω, unà mitto. f. ψω. a. 1. συνέπεμψα. Th. πέμπω, mitto.
Συμπενθέω, cum alio lugeo, simul luctu afficior; ex σὺν & πενθέω, V. Item, συμπέπτω, & συμπέσσω, concoquo, conficio; item, excoquo; unde, συμπεπτικὸς, concoquendi facultate præditus; item, concoquens; ex σὺν & πέπτω, V. Συμπεραίνω, unà perficio; adjuvo ad aliquid peragendum; item, concludo syllogisticè; colligo; item, coitum perago; in pass. συμπεραίνομαι, concludo; item, concludor; unde verbale συμπέρασμα, τὸ, conclusio, complexio; id quod ex positis, vel concessis concluditur, & efficitur syllogisticè; Plut. Unde adv. συμπερασματικῶς, inferendo conclusionem; utendo conclusione; ex σὺν & περαίνω, ομαι, &c. V. Item, συμπεριάγω, & συμπεριάγομαι, mecum duco, vel mecum quoque versum duco; unde συμπεριαγωγὸς, qui vel quæ adjuvat, in deducendo aliquo, vel circumquaq; ducendo; ex σὺν & περιάγω, V.
Συμπεριαιρετέον, undique tollendum, verbale, à
Συμπεριαιρέω, undique tollo. Ex σὺν, περὶ, & αἱρέω, capio. f. ήσω. a. 2. εἷλον.
Συμπεριλαμβάνω, amplector. f. συμπεριλήψομαι. a. 2. συμπεριέλαβον. a. 2. part. act. συμπεριλαβὼν, όντος, complexus; ex σὺν, περὶ & λαμβάνω, capio. præt. λέληφα, & Att. εἴληφα.
Συμπερινοστέω, unà circumeo, circumvagor, oberro; ex σὺν & περινοστέω, V. Item, συμπεριοδεύω; simul lustro, collustro; ex σὺν & περιοδεύω, V. Συμπεριπατέω, cum alio ambulo; à περιπατέω, V. Συμπεριπλοκὴ, complexio, circumplexus, complicatio; à περιπλοκὴ, V. Συμπεριπλέω, simul in orbem agor; Plut. à περιπλέω, V. Συμπεριστρέφω, unà circumverto, unà circumago; à περιστρέφω, V. Συμπεριτίθημι, unà circumpono, simul circundo; à περιτίθημι, V. Συμπεριτρέπω, unà circumago; à περιτρέπω, V. Συμπεριτυγχάνω, simul incurro; à περιτυγχάνω, V. Συμπεριφέρω, unà circumfero, & circumrapio; in pass. συμπεριφέρομαι, unà circumferor, unà circumrapior; item, comitor, coeo, unà huc illucque vehitor; item, comiter alicui me do, & morigerus sum; & exp. etiam unà versor; unde, συμπεριφορὰ, comitatus, & frequens huc illucque assectatio; Polyb. à περιφέρω, V. Συμπεριφθείρομαι, simul περιφθείρομαι; unà minuor, vel corrumpor; sed exp. &, simul obeero; à περιφθείρομαι, V. Συμπεριφράττω, unà circumsepio; unà circummunio; à περιφράττω, vel περιφράσσω, circumsepio, circumvallo; ex περὶ & φράσσω, vel φράττω, V. comp. ut reliqua præcedentia, cum præp. περὶ &c. V.
Συμπέτομαι, simul volo, ut cum musca mas fœminam init; ex σὺν & πέτομαι, V. Item, συμπέπτω, vide supra συμπέσσω.
Συμπήγνυμι, συμπηγνύω, vel συμπήσσω, compingo, coagmento, coalescere facio. Th. πηγνύω, compingo. f. ξω.
Συμπηδάω, & Atticè ξυμπηδάω, unà cum alio salio; ex σὺν & πηδάω, vide.
Σύμπηκτος, ὁ καὶ ἡ, compactus, coagmentatus, compactilis; item, σύμπηξις, εως, ἡ, compactio, coagmentatio; verbalia, à συμπήσσω, idem cum συμπηγνύω, V. Item, συμπιέζω, comprimo; item, opprimo; ex σὺν & πιέζω, V. Item, συμπιλέω, cogo, constipo, condenso; unde verbale, συμπίλησις, coactio & constipatio; item, συμπιλητὴς, qui cogit & constipat; peculiariter lanas & villos; itidem verbale ab eod. συμπιλέω; pro quo etiam dicitur συμπιλόω, ex σὺν & πῖλος, ὁ, unde πιλέω & πιλόω, &c. V.
Συμπίνω, bibo cum aliquo, cum dat. f. συμπίομαι. p. συμπέπωκα. a. 2. συνέπιον, ες, ε. Th. πίνω, bibo.
Συμπιπράσκω, unà vendo; venditionis socius sum & particeps; ex σὺν & πιπράσκω, V.
Συμπίπτοντα, acc. sing. part. præs. à
Συμπίπτω, incido, incurro, contingo, &c. Them. πίπτω, cado. f. 2. m. πεσοῦμαι. perf. act. πέπτωκα. a. 2. ἔπεσον.
Συμπιτνέω, accido, evenio, contingo; ex σὺν & πιτνέω, V.
Συμπλακήσομαι, ῃ, εται, vide in συμπλέκω.
Συμπλανάομαι, simul erro, & vagor, ex σὺν & πλανάομαι, V.
Συμπλάσας, άσασα, αν, a. 1. part. act. &
Συμπλάσασθαι, a. 1. inf. m. verbi συμπλάσσω.

σω, vel -ττω, fingo, accommodo. f. συμπλάσω; ex σὺν & πλάσσω, vel -ττω, fingo. f. πλάσω.

Σύμπλασε, conformavit, Ion. & Poet pro συνέπλασε, 3. sing. a. 1. ind. act. à

Συμπλάσσω, fingo: vide in συμπλάσσεσθαι.

Συμπλαταγέω, manibus complosis strepitum edo; à πλαταγὴ, crepitaculum; quod à πλατάσσω, ex ictu sonitum excito. Th. πλατὺς, latus.

Συμπλείονες, vel συμπλεῖες, simul plures, complures, simul collecti, non sigillatim; apud Aristot. ex σὺν & πλείων, ονος, ὁ, ἡ, in plur. πλείονες, &c. V.

Συμπλεκτικὸς, ὁ, conjunctivus, copulativus; ut, συμπλεκτικὸς σύνδεσμος; apud Hermog. Unde, adv. συμπλεκτικῶς, more copulativorum, per copulativa, seu copulata: Porphyr. sed exp. etiam, copulatè, confertè & contextè; item, συμπλεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, connexus, conjunctus, copulatus; Nonn. Omnia, à seq. Συμπλέκω, vide.

Συμπλέκω, connecto. f. ξω. a. 2. συνέπλακεν. f. 2. ind. pass. συμπλακήσομαι. a. 2. inf. pass. συμπλακῆναι. a. 2. part. pass. συμπλακεὶς, έντος· ex σὺν & πλέκω, necto. f. ξω.

Συμπλέω q. d. connavigo, unà navigo, navigationis socius sum; ex σὺν & πλέω, V.

Συμπληγάδες, Insulæ duæ fuerunt sic dictæ, quòd viderentur συμπλήττεσθαι, i. e. collidi; ab eod. cum seq. vide.

Συμπλήγδην, adv. collisim: à συμπλήττω, f. ξω, collido, concutio. Th. πλήσσω, vel -ττω, percutio.

Συμπληθύνω, idem cum seq. συμπληθύω, unà multiplico, & augeo; compleo, &c. V.

Συμπληθύω, impleo; à πληθύω, vel à πληθύνω.

Συμπληροῦται, 3. sing. ind. pass. à

Συμπληρόω, ῶ, compleo. f. ώσω. p. συμπεπλήρωκα. præs. pass. συμπληρόομαι, ῦμαι, imperf. pass. συνεπληρεόμην, ῦμην, έυ, ῦ, έετο, ῦτο, & in 3. pl. έοντο, ῦντο, præs. inf. pass. συμπληρῦσθαι· ex σὺν & πληρόω, impleo: quod à πλήρης, εος, ὁ, plenus. Them. πλέος, idem.

Συμπλήρωμα, complementum; & συμπλήρωσις, ipsa complendi actio; item, συμπληρωτικὸς, complendi vim habens, ad complementum faciens; omnia verbalia, à præced. συμπληρόω, όομαι, vide.

Συμπλήσσω, q. d. compercutio, collido, ex σὺν & πλήσσω, V.

Σύμπλοια, q. d. connavigatio; navigationis societas; item, συμπλοϊκὸς, q. d. connavigatorius; ut συμπλοϊκὴ φιλία, amicitiæ quales esse solent inter navigationis socios; utrumque à σύμπλοος & σύμπλους, qui navigat unà; navigationis socius; & omnia, à συμπλέω, vide.

Συμπλοκὴ, ῆς, ἡ, connexio: à συμπλέκω, quod V.

Συμπλοκὴ, præced. complicatio, complexio; est etiam συνουσία; congressus; item prælium, conflictus; & de textura, contextus; item, συμπλοκὴ, symploce; figuræ oratoriæ nomen est, quæ figura sæpius ab una orationis parte incipit, & toties in unam atque eandem desinit; ut, quis legem tulit? Rutilius; quis tribus fortitus est? Rutilius, &c. V. Item, συμπλοκὸς, conjunctus, connexus, nexilis; ut συμπλοκὸς ἱμάσθλη; flagellum è funiculis, lorisque connexum, seu contextum, aut plexum; vel, ut alii interpr. flagellum nexile; item, σταυρῷ συμπλοκός; cruci affixus; utrumque apud Nonn. atque itidem ab eod.

Σύμπλοος, & ους, ὁ, navigationis socius. Th. πλέω, navigo.

Συμπνευσμὸς, ῦ, ὁ, conspiratio, consensus; ὁμόνοια, Hesych. est verbale à συμπνεύω, idem quod seq. συμπνέω; quod plerumq; Metaphoricè sumitur, pro uno consensu molior, &c. V.

Συμπνέω, ῶ, conspiro. Th. πνέω, f. πνεύσω. flo, spiro.

Συμπνίγω, suffoco. imperf. act. συνέπνιγον, coarctabam. f. ίξω. p. συμπέπνιχα. a. 1. συνέπνιξα· ex σὺν & πνίγω, suffoco.

Σύμπνοος & σύμπνους, qui conspiravit; unde, συμπνοία, ἡ, conspiratio; utrumq; à συμπνέω, V.

Συμποδηγῶ, unà duco: simul duco; vel simpl. dirigo; ex σὺν & ποδηγέω, ῶ, vide.

Συμποδίζω, f. ίσω. a. 1. συνεπόδισα, ας, ε, Ps. 8. 39. pedes obligo, impedio: ex σὺν & ποδίζω, pedes ligo. Th. ποῦς, ποδὸς, ὁ, pes.

Συμποδίσας, quum ligasset, a. 1. part. act. præced. Gen. 22. 9.

Συμποθὲν, absorptum. a. 1. part. pass. n. g. verbi συμπίνω, unà bibo. a. 1. pass. συνεπόθην. Th. πίνω.

Συμποιέω, adjuvo, auxilior; ex σὺν & ποιέω, V. Item, συμπολεμέω, & συμπολεμίζω; belli socius sum, bello adjuvo; ex σὺν & πολεμέω, vel πολεμίζω, &c. V. Item, Συμπολίζω; in civitatem conflo; ex σὺν & πολίζω, V.

Συμπολιτεύομαι, in eâdem repub. cum aliis versor: ex σὺν & πολιτεύω, rempub. administro; hæc à πολίτης, ου, ὁ, civis. Th. πόλις, urbs.

Συμπολίτης, ου, ὁ, concivis. Vide præcedent.

Συμπομπεύω, unà pompam duco; quidam exp. ludos concelebro; ex σὺν & πομπεύω, V. Item, συμπονέω, & Atticè ξυμπονέω, unà laboro, laborantem adjuvo; ex σὺν, pro quo Atticè ξὺν & πονέω, V.

Συμπορεύομαι, unà proficiscor, cum dat. item, convenio. imperf. m. συνεπορευόμην, ου, ετο. f. συμπορεύσομαι. a. 1. ind. pass. συνεπορεύθην, ης, η; συμπορευθεὶς, έντος. a. 1. part. pass. ex σὺν & πορεύομαι, eo, proficiscor. Th. πείρω, transeo. præt. m. πέπορα; indè πόρος, transitus, &c.

Συμπορθέω, simul depopulor; ex σὺν & πορθέω, V. Item, συμπορίζω, & συμπορίζομαι; unà quæro, seu acquiro; vel simpl. conquiro, comparo; ex σὺν & πορίζω, V.

Συμποσία, ἡ, compotatio; unde συμποσιακὸς, convivalis; item, συμποσιάζω; unà convivor, unà convivium celebro; unde verbale, συμποσιαστὴς, ῦ, ὁ, convivator; omnia, ex iisd. cum seq. V.

Συμπόσιον, ου, τὸ, convivium, compotatio, distinctio ordinum eorum qui accubuerant, dat. sing. συμποσίῳ. Ex σὺν & πίνω, bibo. f. πόσω. p. πέπωκα. a. 2. ἔπιον.

Συμπότης, ου, ὁ, compotator, combibo; ex iisd. Th.

Συμποτικὸς, ῦ, compotatorius, convivalis: à præced.

Συμπότις, ιδος, ἡ, & συμπότειρα, compotatrix; fœm. à præced. συμπότης, V.

Συμπραγματεύομαι, unà cum alio, seu aliis negotium quoddam procuro; unà operam navo; Plut. in Lyc. Item, συμπράκτωρ, & Ionicè, συμπρήκτωρ, adjutor, administer; item, σύμπραξις, ἡ, actio adjuvandi quempiam; opera quæ præstatur; item, opitulatio; Plut. Omnia, à seq. Συμπράσσω, V.

Συμπράσσω, vel -ττω, socius sum & adjutor, adjuvo, opitulor; ex σὺν & πράσσω, vel -ττω, facio. f. ξω.

Συμπράτης, ὁ, qui cum alio aliquid vendit; ex σὺν & πράτης, ὁ, V.

Σύμπρεσβυς, εως, ὁ, legationis collega; qui communi cum alio legatione fungitur; unde συμπρεσβεύω, collega, & socius sum legationis; communiter legationem obeo; atque indè, συμπρεσβευτὴς, idem cum σύμπρεσβυς; ex σὺν & πρέσβυς; unde πρεσβεύω, πρεσβευτὴς, &c. V.

Συμπρεσβύτερος, ου, unà Presbyter. Ex σὺν & πρέσβυς, υος, & Att. εως, ὁ, senex: comparat. πρεσβύτερος, senior.

Συμπρήκτωρ, ορος, ὁ, Ion. adjutor; à συμπράσσω, quod V.

Συμπρίαμαι, coemo; ex σὺν & Th. πρίαμαι, V. Item, συμπρόειμι, simul procedo, simul progredior; ex σὺν & πρόειμι, V. Συμπροθυμοῦμαι, contendo ad idem efficiendum, in eandem causam incumbo; item, pro adjuvare in aliqua re; cum dat. scil. personæ; ex σὺν & προθυμέομαι, οῦμαι, &c. V. Item, συμπρονομεύω, simul frumentatum egredior; seu direptionum in pabulatione socius sum; ex σὺν & προνομεύω, vide.

Συμπροπέμψαι, a. 1. inf. act. verbi συμπροπέμπω, unà deduco. Ex σὺν, πρὸ & πέμπω, mitto.

Συμπρόσειμι, adhæreo; particeps sum; unde συμπρόσεστι, simul etiam est, adhæret; ut Psal. 94. μὴ συμπροσέστω σοι θρόνος ἀνομίας; ex σὺν & πρόσειμι, &c. V. Item, συμπροσέχω, simul adhæreo; Plut. ex σὺν & προσέχω, V. Συμπρύτανις, dicitur collega ejus, qui est πρύτανις, seu præfectus; ex σὺν & πρύτανις, V. Συμπτύσσω, complico, seu claudendo complico; ex σὺν & πτύσσω, V. Συμπτυκτικὸς, complicandi, & contrahendi vim habens; astrictivus, constrictivus; & σύμπτυξις, clausura, conclusio; verbalia à præced. συμπτύσσω, V. Item,

tem, σύμπλωμα, τὸ, quod accidit, casus; sed, apud Medicos, σύμπλωμα, dicitur affectus præter naturam, qui morbum, velut umbra corpus, sequitur; unde, συμπλωματικὸς, qui est ex accessione morbi; item, σύμπλασις, ἡ, casus; item, incursio rerum eodem desinentium; item, contractio, compressio; & dicitur etiam de re considente, quæ intumuerat; item, concursio, conflictus; omnia verbalia, à συμπίπτω; quod vide. Συμπυκάζω, contego, cooperio, ex σὺν & πυκάζω, V. Συμπυρόω, simul incendo, seu simul comburo, aut igne torreo; ex σὺν & πυρόω, V. Item, συμπωρόω, ῶ, in tophum, seu callum cogo; & in pass. συμπωροῦμαι, concresco, seu coalesco in tophum, aut callosam duritiem; ossa autem dicuntur συμπωροῦσθαι, i. e. confervescere, consolidari; ex σὺν & πωρόω, V.

Συμφάγω, comedo. f. 2. m. συμφαγοῦμαι. a. 2. συνέφαγον. Th. φάγω, edo.

Συμφανὴς, manifestus, apertus; ex σὺν & φαίνω, V. Item, Συμφαντάζομαι, simul animo imaginor; simul concipio; ex σὺν & φαντάζω, ομαι, &c. V. Item, σύμφασις, exp. multarum stellarum unus emersus & conspectus; & in plur. Συμφάσεις, αἱ, vocari dicuntur simul apparentes in Iride colores, ex σὺν & φαίνω, unde, φάσις, &c. V.

Συμφέρει, conducit, 3. sing. ind. præs. verbi συμφέρω, quod V.

Συμφερόντως, commodè, utiliter; est adv. à συμφέρει, V. Item, συμφερητὸς, idem cum seq. συμφερτὸς, i. e. συναχτὸς, confertus, suffertus; ut συμφερτὴ πορείη, Nonn. iter multis hominibus differtum, & condensatum; & Il. ν. συμφερτὴ ἀρετὴ, dicitur solida virtus, virtutum congeries, &c. Vide.

Συμφερτὸς, οῦ, collatus, congestus; ex σὺν & φέρω, fero.

Συμφέρω, εις, ει, conduco, prosum: συμφέρειν, οντος, τὸ, commodum. præs. part. n. g. f. συνοίσω. a. 1. συνήνεγκα, comportavi. a. 1. part. act. συνενέγκας, αντος; ex σὺν & φέρω, f. οἴσω.

Συμφεύγω, unà fugio; ex σὺν & φεύγω, &c. V.

Σύμφημι, propriè unà loquor, & per Metonym. consentio, cum dat. a. 2. συνέφην, ης, η. Th. φημὶ, seu φάω, dico.

Συμφήτωρ, ορος, ὁ, q. d. qui unà cum alio aliquid esse dicit; assensor, astipulator; item, exp. testis; est verbale à præced. Σύμφημι, vide.

Συμφθείρω, simul perdo; vel simpl. everto, labefacio; ex σὺν & φθείρω, V. Item, συμφθίνω, unà diminuor, simul decresco: à φθίνω, V. Item, συμφιλέω, simul amore prosequor; Plut. Item, συμφιλία, pro consensu mutuo, seu concordia; φίλος, ὁ, unde φιλέω, φιλία, &c. V. Συμφιλοδοξῶ, servio, alicujus gloriæ; ut συμφιλοδοξῶ σοι, gloriæ tuæ servio; à φιλοδοξῶ, V. Συμφιλοκαλέω, simul honestatis sum studiosus; socius sum in rebus honestis, à φιλοκαλέω, V. Συμφιλολογέω, unà dissero, & loquor; à φιλολογέω, V. Συμφιλοσοφέω, unà operam do Philosophiæ; seu unà Philosophor; unà Philosophicè disputo; à φιλοσοφέω, V. Συμφιλοτιμέομαι, simul magno studio contendo, ac decerto; à φιλοτιμέομαι, V. Συμφλέγω, comburo; vel simpl. uro, incendo, inflammo; unde, συμφλεγίζω, simul uro, succendo; & συμφλεγμαίνω; simul inflammor; à Th. φλέγω; unde φλεγμαίνω, &c. V. Συμφοιτάω, unà ventito; & peculiariter dicitur de iis, qui unà ventitant in scholam; ideoque exp. sum condiscipulus; Pol. Unde verbale, συμφοιτητὴς, condiscipulus; à Th. φοιτάω, V. Item, συμφονεύω, simul cum alio interficio; à φόνος, ὁ, unde, φονεύω, comp. ut reliqua præcedentia, cum præp. σὺν, &c. V.

Συμφορὰ, ᾶς, ἡ, collatio, congestio; item casus, eventus, plerumque fortuna adversa, calamitas: vide Συμφορή.

Συμφορεῖνω, calamitatem alicujus deploro: à præced.

Συμφορέω, Ion. pro Συμφέρω, comporto. Hinc Συμφορήσαντες, a. 1. part. act.

Συμφορὴ, Ion. pro συμφορὰ, ᾶς, ἡ, calamitas, casus, collatio; & τὰ συμφορὰ, idem. Ex σὺν & φέρω, fero.

Συμφόρημα, quod congestum est; congeries; item, συμφόρησις, actio congerendi, coacervatio, & pro, συμφόρημα, multitudo collecta; sic & συμφορητὸς, congestitius, congestus; verbalia à συμφορέω, præced. confero, accumulo, conveho, V. Unde, συμφορεῖσθαι; activè, dicuntur aves, cum nidos construunt; passivè vero, quod congeritur, & comportatur, &c. V.

Σύμφορος, ου, ὁ, ἡ, utilis, aptus; item comes, ex usu.

Συμφόρως, adv. commodè, utiliter, à præced.

Συμφράδμων, ονος, ὁ, ἡ, qui unà consilia agitat, consiliator; item unanimis: à

Συμφράζομαι, simul delibero: vide in συμφράσατο.

Συμφράσασθαι, a. 1. inf. m. Poët. &

Συμφράσατο, contulerat, 3. sing. a. 1. m. Ion. & Poët. pro Συνεφράσατο, verbi συμφράζομαι, simul delibero. f. άσομαι, & Poët. συμφράσσομαι. Th. φράζω, dico. f. σω. a. 2. ἔφραδον. p. m. πέφραδα.

Συμφράσσω, vel ττω, consepio, communio; ex σὺν & φράσσω, V.

Συμφρονέω, eadem sum mente, consentio, assentior; communi consilio delibero; item intelligo, concipio; ex σὺν & φρονέω, f. ήσω, sapio. Th. φρὴν, mens.

Συμφρόνησις, consensio, consensus; item, conspiratio; est verbale, à præced. συμφρονέω, V. Item, συμφροσύνη, concordia, consensus; item, conspiratio; à σύμφρων, V. Item, συμφρύγω, torreo, torrefacio; ut Psal. 102. τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν; ex σὺν & φρύγω, V. Σύμφρων, qui eadem est mente qua alius, concors, consentiens; ex σὺν & φρὴν, quod in comp. η, plerumque mutat in ο; item, συμφυγὰς, άδος, ὁ, ἡ, exilii comes; est à συμφεύγω, V.

Συμφυεῖσαι, nom. pl. f. g. a. 2. part. pass. verbi συμφύομαι quod V.

Συμφυὴς, ingenitus, innatus, connatus; sed exp. & adhærens; item, qui coaluit cum aliquo; & Metaph. unanimis, consentiens; unde, συμφυΐα, ἡ, cohærentia, seu concretio duorum quæ coalescunt; vel concretio, coalitus; ex σὺν & φυὴ, ἡ, vel à συμφύω, &c. V. Συμφυλάττω, unà custodio; unà conservo; ex σὺν & φυλάττω, V.

Συμφυλέτης, ου, ὁ, contribulis: qui est ex eadem tribu: ex σὺν & φυλέτης, tribulis. Th. φυλὴ, tribus.

Σύμφυλος, ου, ὁ, contribulis; ejusdem generis, gentilis, vernaculus, affinis, domesticus, familiaris; ut σύμφυλος αἰθὴρ, cognatus & ejusdem generis; sic σύμφυλα σπέρματα, quæ semina sunt domestica, & in quotidiano vitæ usu; ex σὺν & φυλὴ, ἡ, unde φῦλον, τὸ, &c. V.

Συμφύομαι, unà enascor. a. 2. pass. συνεφύην, ης, η. a. 2. part. pass. συμφυεὶς, εῖσα, ἐν. Th. φύω, nascor.

Συμφύρω, commisceo, confundo; unde σύμφυρτος, commixtus, confusus; & adv. συμφυρδὴν, commixtim, confusè, promiscuè; ex σὺν & φύρω, V. Item, συμφυσάω, unà sufflo, vel inflo: item, Metaph. conspiro: ex σὺν & φυσάω, V. Sic & σύμφυσις, coalescentia, concretio, consociatio; item, naturalis ossium unio, apud Medicos, est verbale, à συμφύομαι, præced. V. Item, συμφυτεύω, simul planto, vel sero, & Metaph. simul sum autor; unde, συμφυτεύεσθαι, aliquid alicui dicitur: ut apud Xen. συμπεφυτευμέναι τῇ ψυχῇ ἡδοναὶ, animo ingenitæ voluptates: ex σὺν & φυτεύω, V. Item, συμφυτικὸς, quo fit, ut quid coalescat: ut συμφυτικὸν φάρμακον, apud Gal. Item, σύμφυτον, τὸ, nomen herbæ, sic dictæ à conglutinandi facultate, qua pollet, utrumq; à seq. σύμφυτος, congenitus, cognatus, innatus, seu à natura insitus, &c. V.

Σύμφυτος, ου, ὁ, ἡ, unà plantatus, simul genitus, cognatus: ab eod. Th.

Συμφύω, coalescere facio, conglutino, coagmento: ex σὺν & φύω, V. Item, Συμφυῶς, more eorum quæ congenita sunt, cum tali coalescentia, qualis est rerum congenitarum; est adv. à συμφυὴς, V.

Συμφωνέω, q. ex diversis vocibus unum efficio concentum, concino. Per Metaph. consentio, communi consensu paciscor. f. ήσω. p. συμπεφώνηκα. a. 1. συνεφώνησα, ας, ε. pactus sum. a. 1. pass. συνεφωνήθην, ης, η. συνεφωνήθη ὑμῖν, convenit inter vos. Ex σὺν & φωνέω, vocem emitto. Th. φωνὴ, vox.

Συμφωνηθεὶς, έντος, a. 1. part. pass. verbi præced.

Συμφάνησις, εως, ἡ, concordia; ὰ συμφωνέω, quod V.
Συμφωνία, ας, ἡ, concentus: &
Σύμφωνος, ε, ὁ, ἡ, consonus: per Metaph. concors: ex Συν & φωνὴ, vox.
Συμφώνως, voce, seu sono inter se conveniente; item unanimi consensu, concorditer; est adv. à præced. σύμφωνος. V.
Συμφωτίζω, collustro, simul illumino; Plut. ex σὺν & φωτίζω, V. Item, συμψαύω, contingo, tactu mutuo junctus sum; unde verbale, σύμψαυσις, contactus; ex σὺν & ψαύω, V.
Συμψάω, -ῶ, contero, conturbo. a. 1. part. Συμψήσας. Them. ψάω, comminuo.
Συμψηφίζω, computo f. ίσω a. 1. συνεψήφισα, ας, ε, perf. συνεψήφικα. ex σὺν & ψηφίζω, calculis computo. Th ψῆφος, ε, ἡ, calculus.
Σύμψηφος, cujus idem est suffragium, vel eadem sententia; ex σὺν & ψῆφος, V. Item, συμψήχω, corrado; item, conte: ro; ex σὺν & ψήχω, V. Item συμψιθυρίζω, q. d. consusurro, unà susurro; Plut. ex σὺν & ψιθυρίζω, V. Item, συμψυχία, unanimitas, animorum concordia, à seq. σύμψυχος, V.
Σύμψυχος, ε, ὁ, ἡ, unanimis: ex σὺν & ψυχὴ, anima.
ΣΥ'Ν, CUM, Præpos. regit dat. σὺν Χριστῷ εἶ), cum Christo esse: sed
Σῦν, suem, acc. à σῦς, συὸς, sus.
Συναγαγεῖν, a. 2. inf. act. Att. &
Συναγάγετε, 2. pl. a. 2. imperat. act. Att. à
Συνάγαγον, pro συνήγαγον, Att. & Ion. a. 2. ind. act. verbi συνάγω, quod vide.
Συναγανακτέω, ῶ, condoleo; unde verbale, συναγανάκτησις, condolescentia; ex σὺν & ἀγανακτέω, V.
Συναγγέλλω, simul nuntio; ex σὺν & ἀγγέλλω, V.
Συνάγγελος, ε, ὁ, ἡ, legationis socius. Th. ἀγγέλλω, nuntio.
Συναγείρω, colligo me. Th. ἀγείρω, colligo.
Συναγελάζω, congrego, vel simul congrego; item consocio; & in pass. συναγελάζομαι, congregor, aggregor; sed exp. & gregatim vivo; unde verbalia, συναγελασμὸς, aggregatio; armenti, sive gregis in eundem locum congregatio; item, consociatio; sic & συναγελαστικὸς, q. d. congregabilis; ut συναγελαστικὰ ζῶα, quæ & ἀγελαῖα; ex σὺν & ἀγέλη, ἡ, armentum, grex, propriè boum; unde ἀγελάζω, ομαι, &c. V.
Συνάγερθεν, Bœot. pro συνηγέρθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. verbi præced.
Συνάγκεια, convallis; i. e. locus, in quo duæ valles inter se conveniunt; sunt qui idem esse putant, cum μισγάγκεια, locus in valle in quo fit mistio aquarum, &c. id V. Ex σὺν & ἄγκος, εος, τὸ, V.
Συναγορεύσας, αντος, a. 1. part. act. à
Συναγορεύω, colloquor. f. εύσω, ex σὺν & ἀγορεύω, idem quod ἀγείρομαι, concionor, dico. Th. ἀγορὰ, forum.
Συναγρόμενος, præs. part. verbi συνάγρο-μαι, congrego; quod ex σὺν & ἄγρομαι, per Syncop. pro ἀγείρομαι. Th. ἀγείρω, congrego.
Συνάγυρτος, simul collectus; ut συνάγυρτον ὕδωρ, aqua collecta; ex σὺν & ἀγύρτης, ε ὁ, congregator, collector, ab ἀγύρτης, qui congregat, & cogit in unum; à Th. ἄγυρις, ἡ, V. Item, συνάγχη, anginæ species, cum interni faucium musculi inflammati sunt; unde συναγχικὸς, qui laborat eâ anginæ specie; ex σὺν & ἄγχω, V.
Σύναγμα, τὸ, sedimentum; lotii quasi collectio; verbale, à seq. συνάγω, V.
Συνάγω, εις, ει, colligo, congrego. f. συνάξω. a. 2. συνῆγον, & Att. συνήγαγον, in 2. pl. συνηγάγετε, hospitio excepistis. a. 2. imperat. συνάγαγε, collige, in 2. pl. συναγάγετε, a. 2. sub. act. συναγάγω, ης, η. a. 2. part. act. συναγαγὼν, ῦσα, όν. perf. ind. act. συνῆχα. perf. pass. συνῆγμαι, ξαι, κται. perf. part. pass. συνηγμένος, η, ον, congregatus. a. 1. ind. pass. συνήχθην, ης, η. a. 1. part. pass. συναχθεὶς, έντος. f. 1. ind. pass. συναχθήσομαι, congregabor. p. m. συνῆγα; ex σὺν & ἄγω, duco.
Συνάγω, præced. est etiam confringo; Od ξ. ex σὺν & ἄγω; i. e. frango, &c. V.
Συναγωγὴ, ῆς, ἡ, SYNAGOGA, conventus, collectio, Schola. Hinc Angl. Synagogue. à præced.
Συναγωγὸς, collectivus, aptus ad colligendum, vel conjungendum; item συναγωγεὺς, collector, coactor; item, congregator, & conciliator; unde, συναγώγιον, convivium, quod ex Symbolis fit; Athen. l. 8. Item, συναγώγιμος, collectilis, collectitius; omnia, à præced. συναγωγὴ, vel à verbo συνάγω, quæ vide.
Συναγωνιάω, unà cum alio anxius sum; anxietatis alicujus, vel trepidationis particeps sum, aut socius; ex Συν & ἀγωνιάω, recto; item, anxius sum, doleo, vel angor metu, &c. V.
Συναγωνίζομαι, unà certo. f. ίσομαι. perf. pass. συνηγώνισμαι. a. 1. m. συνηγωνισάμην, ω, ατο. a. 1. inf. m. συναγωνίσασθαι; ex σὺν & ἀγωνίζομαι, certo. Th. ἀγὼν, certamen.
Συναγωνιστὴς, ε, ὁ, qui unà certat. in acc. pl. συναγωνιστάς. Ex σὺν & ἀγωνιστὴς, ε, ὁ, certator, athleta: quod ab ἀγωνίζομαι, certo. Them. ἀγὼν, certamen.
Συνάδελφος, qui fratrem, seu fratres habet; (cui opponitur ἀνάδελφος;) ex σὺν & ἀδελφὸς, V. Item, συναδικέω, injuriæ inferendæ socius sum; ex σὺν & ἀδικέω, V. Item, συναδοξέω, simul ignominia afficior; ex σὺν & ἀδοξέω, V.
Συνάδεσι, 3. pl. præs. à
Συνάδω, consono, consentio. Them. ἀείδω, & contractè ᾄδω, cano. f. ᾄσω. p. ᾖκα
Συναθλέω, ῶ, unà certo. f. ήσω, p. συνήθληκα. a. 1. συνήθλησα, ας, ε; ex ἀθλέω, pro ἀεθλέω, certo. Th. ἄεθλος, certamen.
Συναθροίζω, congrego. f. οίσω. p. συνήθροικα. a. 1. συνήθροισα. a. 1. part. act. συναθροίσας, αντος. perf. pass. συνήθροισμαι. perf. part. pass. συνηθροισμένος, η, ον, congregatus, ex ἀθροίζω, colligo. Th. ἀθρόος, consertus, in unum collectus.
Συνάθροισις, coacervatio; ipse coacervandi actus; & συναθροισμὸς, eo generis; id quod coacervatum est; verbalia à συναθροίζω, præced. V. Item, συναθύρω, simul cum alio, vel aliis ludo, ex σὺν & ἀθύρω, V.
Συναΐγδην, adv. simul, uno impetu. Th. ἀΐσσω, cum impetu ruo.
Συναΐδιος, coæternus, unà æternus; ut Christus à Theologis dicitur patri συναΐδιος, ex σὺν & ἀΐδιος, V. Item, συναικλία, q. d. cœnationes, convivia; ex σὺν & αἶκλος, ὁ, unde αἶκλον, τὸ, cœna vespertina, postcœnium, &c. V.
Συναΐκτην, impetum pariter faciebant, Ion. pro συνηΐκτην, 3. dual. plusq. p. pass. verbi συναΐσσω, impetu feror. f. 1. m. συναΐξομαι. perf. pass. συνῆιγμαι. plusq. p. συνηΐγμην, ξο, κτο. Th. ἀΐσσω, ruo, cum impetu feror. f ξω.
Συναίμοσι, dat. pl. à
Σύναιμος, ε, ὁ, ἡ, consanguineus: ex σὺν & αἷμα, ατος, τὸ, sanguis.
Συναίμων, idem cum præced. σύναιμος, frater, vel soror, &c. V. Item, συναίνος, ab Hesych. exp. ὁμόδοξος, comprobator, qui assentitur; item, συναινέω, assentio; item, comprobo, approbo; unde verbalia, συναίνεσις, comprobatio, assensus; & συναινέτης, comprobator; qui assentitur; ex Συν & αἶνος, ὁ, unde, αἰνέω, αἶνεσις, &c. V. Item, συναίνυμαι, simul capio, colligo; Il. φ ex σὺν & αἴνυμαι, V. Item, συναίρεσις, contractio, complexio; apud Grammat. est figura, cum duæ vocales in dipthongum contrahuntur; est verbale à seq. συναιρέω, vide.
Συναίρε), 3. sing. præs. pass. verbi συναίρω, quod V.
Συναιρέω, simul prehendo; item simul complector, contraho in unum: ex σὺν & αἱρέω, capio. f. ήσω. p ηκα. a. 2. εἷλον.
Συναίρω, simul tollo, confero, opitulor f. συναρῶ. p. συνῆρκα. a. 1. συνῆρα. a. 1. inf. act. συνᾶραι. Them. αἴρω, tollo.
Συναισθάνομαι, unà cum alio sentio, i. e. sensu percipio; Plut. de civili charitate loquens; συναισθάνεσθαι, καὶ συναλγεῖν ἀλλήλοις, sensu rei alicujus, unà tangi; sic apud Dionys. Theol. ἔτω γδ καὶ ἡμεῖς, ταυτὸν συνηδόμεθα, καὶ ἴσμεν; nobis consciis nostri sumus, & sic novimus; unde verbale, συναίσθησις, apud medicos; q. d. conscientia morbi; Bud. ex σὺν & αἰσθάνομαι, V.
Συναΐσσω, vide in συναΐκτην.
Συναίτιος, qui simul cum alio, vel aliis in causa est alicujus rei; autor; unde, συναίτιον, τὸ, simul causa adjutrix, vel adjuvans causa; ex σὺν & αἰτία, ἡ, V.
Συναιχμάλωτος, ε, ὁ, ἡ, concaptivus; ab αἰχμάλωτος

μάλωτος, ου, ὁ, ἡ, captivus; hoc ab ἁλωτὸς, ὁ, qui poteſt capi. Th ἁλίσκω, capio. f. ἁλώσω. p. ἥλωκα, & Att. ἑάλωκα. a. 2. ἧλων.

Συναιχμος, ὁ. ſocius in bello, commilito; ex σὺν & αἰχμὴ, ἡ, V. Item, συνακμάζω, ſimul vigeo, & ætate floreo, ut συνήκμασεν αὐτῷ, exp. temporibus ejus floruit, ſeu claruit; ex σὺν & ἀκμὴ, unde ἀκμάζω, &c. V. Item, συνακολασταίνω τινὶ, unà cum aliquo intemperanter vivo; Plut. in Dem. ex σὺν & ἀκολασταίνω, V.

Συνακολουθέω, ῶ, unà ſequor, f. ήσω, p. συνηκολούθηκα. a. 1. συνηκολούθησα. Th. ἀκόλουθος, ου, ὁ, ἡ, comes.

Συνακόλουθος, comes; quidam exp. correſpondens; unde συνακολουθία, correſpondentia: ex σὺν & ἀκόλουθος, V. Item, συνακούω, ſimul audio: ex σὺν & ἀκούω, V. Συνακρατίζομαι, unà jento; unà offulas mero imbutas in jentaculo comedo; Athen. l. 1. ex σὺν & ἀκρατίζω, ομαι, &c V. Item, συνακτὴρ, ῆρος, ὁ, collector, vel contractor, & attritor; peculiariter ſic vocatur ſubligaculi ſeu femoralium quoddam genus; unde συνακτήριον, ου, τὸ, accumulatio, cumulus; item, συνακτικὸς, collectivus, coactivus, congregativus; aptus ad colligendum, ſeu cogendum; unde συνακτικὴ δύναμις, vis cogendi aut contrahendi; omnia verbalia, à συνάγω, quod V.

Συναλγέω, unà doleo. f. ήσω, p. συνήλγηκα. Th. ἄλγος, εος, τὸ, dolor.

Συναλεαίνω, concalefacio, calorem adjuvo, confoveo; ex σὺν & ἀλεαίνω, V. Item, συναλείφω, ſimul ungo, collino; frequenter Metaph. ponitur, pro ſimul miſceo; commiſceo, confundo, in unum contraho: ex σὺν & ἀλείφω, V. Item, συναληθεύω, ſimul ſum verus; ut συναληθεύειν τὰς προτάσεις, ſimul eſſe veras propoſitiones, apud Ariſtot. ex σὺν & ἀληθεύω, V.

Συναλίζω, congrego. f. ίσω p. συνήλικα. præſ. part. paſſ. συναλιζόμενος, conveniens, veniens in cœtum. a. 1. part. paſſ. συναλισθεὶς ab ἁλίζω, congrego. Th. ἅλις, ſatis, adv.

Συναλίσκω, ſimul capio; Plut. ex σὺν & ἁλίσκω, V. Item, συναλλαγὴ, commercium; item, conciliatio; unde, apud Soph. ἐν συναλλαγῇ λόγου, exp. in commercio ſermonis; in commutandis verbis; item, συνάλλαγμα, commercium, id propriè quod permutatione exercetur; item, contractus; unde, συναλλαγματικὸς, q. d. commercialis, ad contractus pertinens; atque inde adv. συναλλαγματικῶς, per commercia, vel per contractus; item, συναλλακτὴς, conciliator; item, pro conſorte, & ſocio negotiationis, vel pro ſimul contrahente; i. e. paciſcente, ponitur; unde, συναλλακτικὸς, conciliativus; ad conciliandum pertinens, aptus, ſeu efficax: item, commercialis; ut συναλλακτικὸς νόμος, item, συνάλλαξις, idem quod συνάλλαγμα; item, commutatio; omnia verbalia, à ſeq. συναλλάττω, V.

Συναλλάττω, paciſcor cum aliquo; item congredior cum aliquo, concilio. Th ἀλλάττω, muto. f. ξω. p. χα.

Συνάλλομαι, inſulto; ex σὺν & ἅλλομαι, V. Item, συναλλοιόω, ῶ, ſimul immuto; diverſum reddo; ex σὺν & ἀλλοιόω, V. Item, συναλοάω & συναλοιάω, contero, contundo, & confringo; ex σὺν & ἀλοάω, unde ἀλοιάω, V. Item, συναλοιφὴ, ἡ, commixtio; apud Theologos; item, apud Grammat. duarum vocalium in unam ſyllabam coaleſcentia; à συναλείφω, V. Item, συναλύω, ſimul vagor, & temerè expatior; ex σὺν & ἀλύω, V.

Συνάμα, pro συνάμα, adv. ſimul cum, unà: ab ἅμα, ſimul.

Συναμαρτάνω, ſimul erro, unà erro; ex σὺν & ἁμαρτάνω, V. Item, σύναμμα, τὸ, copula, vinculum; ex σὺν & ἅμμα, τὸ, V. Συνάμορος, exp. ἀμέτοχος, expers; ex σὺν & ἄμορος, idem cum ἄμμορος, id V.

Συνάμορος, vel συνάμωρος, ου, ὁ, ἡ, vaſtator, maleficus: vide συναμωρέω.

Συναμπέχω, occulto, cooperio, abſcondo: ex σὺν & ἀμπέχω, (pro ἀμφιέχω) f. ἀμφέξω; &c. V. Item, συναμπρεύω, unà traho, ut jumenta trahunt plauſtrum; in trahendo adjuvo; ex σὺν & ἀμπρεύω, V. Item, συναμύνω, unà opitulor, Euryp. ex σὺν & ἀμύνω, V.

Συναμφότερον, pro ἀμφότερον, utrumque. Th. ἄμφω, ambo vel ambæ.

Συνάμφω, ambo; q.d. ſimul ambo; Polyb. l. 1. ex σὺν & ἄμφω, V.

Συναμωρέω, lædo, vaſto. Alii malunt σιναμωρέω, legere; quod à σινάμωρος, ου, ὁ, ἡ, cui in fatis eſt nocere aliis: qui ad id natus eſt ut alios lædat: Scribitur & σινάμορος, à σίνω, lædo, & μόρος, fatum. Th. μείρω, divido.

Συναναβαίνω, unà aſcendo, f. βήσομαι. a. 2. συνανέβην, ης, η. a. 2. part. act. συναναβὰς, in f. g. συναναβᾶσα, ης, ἡ, & in pl. συναναβᾶσαι, quæ unà aſcenderant: ex σὺν, ἀνὰ & βαίνω, eo.

Συναναβᾶσι, dat. pl a. 2. part. act. συναναβᾶσα, ης, ἡ, a. 2. part. f. g. à συναναβαίνω, quod V.

Συναναβλαστάνω, unà germina protrudo; ex σὺν & ἀναβλαστάνω, V. Item, Συναναγινώσκω, ſimul lego; Plut. Unde verbale, συνανάγνωσις, lectio, vel unà, ſeu ſimul lectio: ex σὺν & ἀναγινώσκω, unde ἀνάγνωσις, &c. V. Συναναγκάζω, ſimul cogo, vel ſimul cogo, ex σὺν & ἀναγκάζω, V. Συναναγυμνόω, ſimul nudo; ex σὺν & ἀναγυμνόω, nudo; ex ἀνὰ & γυμνόω, V. Συναναδίδομαι, quaſi, unà diſtribuor, vel unà digeror, ex σὺν & ἀναδίδωμι, Item, συναναζέω, confervefacio; vel fervere facio; ex σὺν & ἀναζέω, referveo; item, fervefacio; ex ἀνὰ & ζέω, V.

Συναναιρέομαι, ſimul tollor. præſ. inf. συναναιρεῖσθαι; ex σὺν, ἀνὰ & αἱρέω, capio. f. ήσω. a. 2. εἷλον.

Συναναιρέω, ῶ, ſimul perimo, ſimul aufero. ex σὺν & ἀναιρέω, V.

Συνανάκειμαι, unà accumbo. imperf. συνανεκείμην, σο, το, in 3. pl. συνανέκειντο, præſ. part. συνανακείμενος, ἡ, ον, ex σὺν, ἀνὰ & κεῖμαι, jaceo. f. κείσομαι.

Συνανακεράω, & συνανακεράννυμι, unà permiſceo, commiſceo; ex σὺν & ἀνακεράννυμι, permiſceo, commiſceo temperando; attempero; ex ἀνὰ & κεράννυμι, V. Unde dicuntur etiam συνανακεράννυσθαι, quæ unum cinnum efficiunt; ſeu quæ coaleſcunt; & eodem quaſi temperamento uniuntur, &c. Greg. Item, συνανακόπτω, ſimul retundo; ex σὺν & ἀνακόπτω, V. Συνανακίρναμαι, unà permiſceo; ex σὺν & ἀνακιρναμαι, idem quod, & pro ἀνακεράννυμι, permiſceo; ex ἀνὰ & κιρνάω, idem quod & pro, κεράω ſeu κεράννυμι, &c. V. Συνανακυκλόω, ſimul revolvo; unde paſſ. apud Plat. in Polit. συνανακυκλουμένης εἰς τἀναντία τῆς γενέσεως; in contrarium generatione revolutâ; ex σὺν & ἀνακυκλόω, V. Item, συναναλίσκω, unà ſumptum facio; ex σὺν & ἀναλίσκω, V.

Συναναμίγνυμι, unà commiſceo. f. συναναμίξω. a. 1. συνανέμιξα. præſ. inf. paſſ. συναναμίγνυσθαι, cum dat. ex σὺν ἀνὰ & μίγνυμι, miſceo. f. μίξω. p. μέμιχα.

Χαλκοπλάστης, qui ex ære statuas, aut alia opera fingit, faber ærarius; in lib. Sap. ex χαλκὸς, & πλάστης, ὁ, &c. V. Item χαλκόπλευρος, ærea habens latera; Soph. ex χαλκὸς, & πλευρὸν, τὸ; V. Χαλκοπληθὴς, q. d. ære impletus, armatus; ut χαλκοπληθὴς στρατὸς, apud Euryp. ex χαλκὸς, & πλήθω; V. Χαλκόπληκτος, ære percussus, seu ictus; apud Sophoc. in Electra, χαλκόπληκτος γένυς, expon. gladius cusus ex ære, aut ferro: ex χαλκὸς, & πληκτὸς, ὁ; V.

Χαλκόπȣς, æreos habens pedes; ut τρίπους χαλκόπους; apud Euryp. Item cujus pedes æreis soleis ferrati sunt; ut χαλκόποδ' ἵππω; Il. V. ex χαλκὸς, & ποῦς, ποδὸς, &c. V. Item χαλκόπρωρος, æream, vel æratam habens proram; Poll. l. 2. ex χαλκὸς, ὁ, & πρῶρα, ἡ, &c. V.

Χαλκόποδες ταῦροι, æripides tauri. Ex ποῦς, pes, & χαλκὸς, æs.

Χαλκόπυλος, ȣ, ὁ, ἡ, æreas vel ferreas portas habens. Th. πύλη, porta.

Χαλκοπώγων, cui est ænea barba; Plut. q. d. ænobarbus: ex χαλκὸς, & πώγων, ὁ, &c. V. Item χαλκοπώλης, qui æs vendit: ex χαλκὸς, & πώλεω, ὁ, &c. V.

ΧΑΛΚΟ'Σ, ȣ, ὁ, æs, arma ærea, vel moneta. Hinc χάλκειος, εος, έα, εον, æneus: χαλκεὺς, έως, ὁ, faber ærarius: ὀρείχαλκον, ȣ, τὸ, æs montanum, orichalcum.

Χαλκοσμάραγδος, chalcosmaragdus, gemma quædam, apud Plin. l. 37. c. 5. ex χαλκὸς, & μάραγδος, seu σμάραγδος, &c. V. Item χαλκόστομος, æreum habens os, seu æreum rostrum; ut χαλκόστομος κώδων; Soph. in Ajace: ex χαλκὸς, ὁ, & στόμα, τὸ, &c. V. Item Χαλκότευκτος, ex ære factus: Euryp. & χαλκοτευχὴς, ære armatus, vel simpl. armatus: ex χαλκὸς, ὁ, & Them. τεύχω, ομαι, f. ξω. unde τευκτὸς, ὁ, &c. V.

Χαλκότοξος, ȣ, ὁ, ἡ, qui æreum arcum habet: à χαλκὸς, æs, & τόξον, ȣ, τὸ, arcus.

Χαλκοτόρος, ȣ, ὁ, ἡ, qui æs perforat, & penetrat. Ex χαλκὸς, æs, & τορέω, perforo.

Χαλκοτύπος, qui æs percutit, faber ærarius: Plut. in Per. sed accipitur & pro Χαλκοπλάστης, apud eund. Unde χαλκοτυπεῖον, dicitur quod fingitur a fabro ærario, seu ærisfusore, &c. ex iisd. cum seq. V.

Χαλκότυπος, ȣ, ὁ, ἡ, ære impressus, ferro inflictus: à χαλκὸς, æs, & τύπτω, verbero. p. m. τέτυπα.

Χαλκουργὸς, qui æs tractat, & elaborat, qui æra fabricatur, faber ærarius; unde χαλκουργικὴ, sub. τέχνη, ars æraria: Item Χαλκουργέω, ῶ; æs præparo, ut metallarius; unde verbale χαλκούργημα, τὸ; opus à chalcurgo confectum, quidam expon. signum æneum: Item Χαλκούργιον, officina æraria; omnia ex χαλκὸς, ὁ, & ἔργον, τὸ, &c.

Χαλκοῦς, dicitur contracte, pro χάλκεος, æreus, ex ære factus, &c. V.

Χαλκοῦσθαι, æreis armis armari. præs. inf. pass. à χαλκόω. Th. χαλκὸς, æs.

Χαλκοφαὴς, æreo colore splendens: Nonn. ex χαλκὸς, & φαίνω, cujus comp. varia, desinunt in φαὴς, &c. V.

Χαλκόφι, per paragogen Poëticam dicitur, pro χαλκοῦ; ex ære, à Them. χαλκὸς; V.

Χαλκόφωνος, æream habens vocem; i. e. valde acutam & sonoram, vel valde firmam; Il. ε. Item Χαλκόφωνος, dicitur etiam gemma quædam, quæ æris sonum seu tinnitum pulsu reddit; Plin. 37. c. 10. ex χαλκὸς, ὁ, & φωνὴ, ἡ, &c. V.

Χαλκοχάρμης, ȣ, ὁ, qui æreis armis delectatur: ex χαλκὸς, æs, & χάρμη, ἡ, vel χάρμα, τὸ, gaudium. Them. χαίρω, gaudeo.

Χαλκοχιτώνων, gen. pl. à

Χαλκοχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, lorica ænea armatus: à χαλκὸς, æs, & χιτὼν, tunica.

Χαλκόω, æreum reddo; vel ære obduco, & munio, à χαλκὸς, ὁ; V.

Χαλκῷ, æri, dat. sing. à χαλκὸς, ȣ, ὁ, æs.

Χάλκωμα, τὸ, æramentum; vas, aut aliud opus ex ære factum; & apud Plut. χαλκώματα, dicuntur ærata navium rostra; verbale à χαλκόω; V.

Χαλκώνητος, emptus ære, vel simpl. emptus; Hesych. ex χαλκὸς, ὁ, & ὠνητὸς, ὁ, &c. V. Item Χαλκωρύχιον, ȣ, τὸ, ærifodina, æraria; Plut. Symp. 3. ex χαλκὸς, ὁ, & ὀρυχὴ, ἡ; à Them. ὀρύσσω, vel -ττω, f. ξω. præt ὤρυχα, &c. V.

Χαμάδις, & χαμᾶζε, humi, adverb. à seq.

ΧΑΜΑΙ', HUMI, in terrâ, adv.

Χαμαὶ, præced. expon. & humi; i. e. in terram, ad terram; ut ἡ μὲν ἀποπλαγχθεῖσα χαμαὶ πέσε; Il. ν. &c. V.

Χαμαιάκτη, humilis, ἀκτὴ, id est, sambucus, ebulus.

Χαμαίβατος, ȣ, ἡ, humilis rubus: χαμαίβατον, fragum: ex χαμαὶ, & βάτος, ȣ, ἡ, rubus.

Χαμαιγενὴς, έος, ὁ, ἡ, ὁ χαμαὶ, καὶ ἐν τῇ γῇ γενόμενος, terrigena, quique humi & in terrâ est natus.

Χαμαιδάφνη, laureola, herba: ex χαμαὶ, & δάφνη, laurus.

Χαμαιδιδάσκαλος, ludimagister, inferioris sc. ludi.

Χαμαιδικαστὴς, pedaneus judex: pedibus, non curru, in forum iens.

Χαμαίδρυς, CHAMÆDRYS, herba.

Χαμαίδρυς, præced. dicitur etiam χαμαίδρωψ, quercus humilis; herba sic dicta, quòd folia habeat, quæ sunt τῇ χίσσῳ δρυῒ ὅμοια; ex χαμαὶ, & δρῦς, υὸς, &c. V. Item χαμαιευνὰς, pro χαμευνὰς; id V. Item adjective χαμαιευνάδες σύες, dicuntur humi cubantes sues: sic & χαμαιεύνα, seu χαμαιεύνη, idem cum & pro χαμεύνη; ut & χαμαιεῦναι, pl. à sing. seq. χαμαιεύνης, &c. V. Χαμᾶθεν, ex terra, humi, è fundo; Plut. adv. à χαμαὶ; V.

Χαμαιεύνης, pro χαμεύνης, qui humi cubat: ex χαμαὶ, humi, & εὐνὴ, ῆς, ἡ, cubile.

Χαμαίζηλον, viburnum, genista: &

Χαμαίζηλος, ȣ, ὁ, ἡ, humilis: q. τὰ χαμαὶ ζηλᾶν, humilia cum æmulatione consectans.

Χαμαίκαυλος, qui humistrato caule est, cujus caulis humi serpit; nec inde assurgit: ex χαμαὶ, & καυλὸς, ὁ, &c. V. Item Χαμαικέρασος, humilis cerasus, seu cerasus pumila; apud Athen. & Plin. ex χαμαὶ, & κέρασος, ὁ; V. Χαμαίκισσος, hedera humilis, seu pumila & terrestris, frutex, sic dictus, quod habeat folia similia κισσοῖς; teste Diosc. 4. 126. ex χαμαὶ, & κισσὸς, ὁ; V. Χαμαικλινὴς, humi prostratus; vel qui humi procubuit, aut accubuit; ex χαμαὶ, & κλίνη, ἡ; à Them. κλίνω, cujus comp. quædam in κλινὴς, &c. V. Χαμαίκοιτος, humi cubans; unde χαμαικοιτία, humi cubatio, & χαμαικοιτέω, humi cubo, seu jaceo: ex χαμαὶ, & κοίτη, ἡ, seu κοῖτος, ὁ, &c. V. Item χαμαικυπάρισσος, cupressus pumila; herbæ nomen apud Plin. ex χαμαὶ, & κυπάρισσος, ἡ; vide.

Χαμαιλεύκη, q. humilis populus: λεύκη, enim populus alba.

Χαμαιλέων, leo pumilus, animal quod subinde colorem mutat. CHAMÆLION: Angl. Chameleon. Metaph. versipellis, qui vertit pellis suæ colorem ob pavorem: nullum enim animal pavidius eo dicitur. Est &

Χαμαιλέων βοτάνη, carduus: sic dictus ob foliorum varietatem, à chamæleonte animali: ex χαμαὶ, & λέων, οντος, ὁ, leo.

Χαμαίμηλον, CHAMÆMELUM: Angl. Chamomile: ex χαμαὶ, humi, & μῆλον, malum ab odore mali Mariani dicta herba. Plin. lib. 22. 21.

Χαμαιμυρσίνη, & χαμαιμύρτη, myrtus pumila seu humilis ex χαμαὶ, & μυρσίνη, ἡ; idem quod Them. μύρτος, ὁ, &c. vide. Item χαμαιπέτης, humi volans: ex χαμαὶ, & πέτομαι, &c. vide. Item Χαμαιπέτεια, ἡ; humilitas, humi jacere, abjectum esse: Suid. à seq. χαμαιπετής, in terram prociduus; quod Metaphoricè sumitur apud Luc. ut ὑπόμνημα χαμαιπετὲς, humile; i. e. humili dicendi genere conscriptum, &c. V.

Χαμαιπετοῖσαν, Dor. pro χαμαιπετοῦσαν, humi cadentem: acc. sing. præsent. part. act. à χαμαιπετέω· quod ex χαμαὶ humi, & πετέω, quod à πίπτω, cado. Hinc χαμαιπετὴς, έος, ὁ, ἡ, humi cadens, vel in terram decidens.

Χαμαιπέτω, humi cado; Pind. Nem. 4. ex χαμαὶ, & πέτω, inusit. pro πίπτω; vide. Item Χαμαιπετῶς, humiliter, in terram procidendo; est adv. à præced. χαμαιπετὴς; V. Item Χαμαιπεύκη, ἡ; larix pumila; Plin. 24. 15. ex χαμαὶ, & πεύκη, ἡ; V.

Χαμαίπιτυς, υος, ἡ, CHAMÆPITYS, herba ita dicta, quia odore pinum refert. Them. πίτυς, ἡ, pinus.

Χαμαίπους, qui vel quæ iter faciens pedibus terram calcat; qui nec equo, nec curru vehitur, sed propriis ingreditur gressibus; peculiariter, sic dicebatur sponsa, quæ non curru deducebatur domum sponsi, moris enim erat, curru eas vehi: Poll. l. 2. & 3. ex χαμαὶ, & πούς. V. Item Χαμαιρεπὴς, seu χαμαιρρεπὴς, in terram vergens, seu inclinans; Suid. unde adv. χαμαιρεπῶς, in terram vergendo: ex χαμαὶ, & Them. ῥέπω. V.

Χαμαιριφὴς, έος, ὁ, ἡ, in terram stratus: à ῥίπτω.

Χαμαιριφεῖς, vel χαμαιρριφεῖς φοίνικες, expon. palmæ humiles; est pl. à sing. χαμαιριφὴς, vel χαμαιρριφὴς, præced. ex χαμαὶ, & ῥίπτω. f. ψω, &c. V. Item Χαμαιστρωσία, humile stratum: seu lectus humi stratus: sed sic etiam dici potest, quum quis in solo herbido decumbit, & herba ipsa straguli vicem præstat: ex χαμαὶ & στρῶσις, εως, ἡ, &c. V. Item Χαμαισύκη, humilis ficus, nomen herbæ; apud Diosc. 4. 170. quam & συκῆν, vocari tradit, & peplo similem esse asserit; ex χαμαὶ, & συκῆ, ἡ; V. Χαμαισχιδὴς, humi fissus, qui humi finditur seu scinditur: Theoph. ex χαμαὶ & σχίδη, ἡ; à Them. σχίζω; vide.

Χαμαιῶπις, sive χαμῶπις, vitis, quæ humi serpit: Suid. & Eust. à Them. χαμαὶ; V.

Χαμαιτύπη, scortum vile, quod se sinit χαμαὶ τύπτεσθαι.

Χαμαιτύπος, humi feriens & tundens; ut χαμαιτύποι ἱέρακες, accipitres; qui humi seu super terram rostro suo, & unguibus in prædam irruunt, eamque tundunt; unde χαμαιτύπη, præced. dicitur trivialis meretricula, quòd humi se cuivis prostituat; atque inde χαμαιτυπεῖον, τὸ; dicitur locus in quo ejusmodi meretriculæ se prostituunt, lupanar; Suid. & χαμαιτυπία, scortatio cum vili & abjecto scorto; Hesych. omnia ex χαμαὶ, & τυπή, ἡ; unde τύπτω, &c. V.

Χαμελαία, contractè pro χαμαιελαία. q. humilis olea.

Χαμερπὴς, humi repens, seu serpens; à terra sese non attollens; ut herbæ quædam: unde adv. χαμερπῶς, humi serpendo, nec à terra sese attollendo; seu humiliter, crassè, abjectè: ex χαμαὶ, & ἕρπω; V. Item χαμεταιρὶς, scortum vile, & abjecta meretrix: utpote quæ humi, & in trivio sese cuivis prostituat: Hesych. dicitur & χαμεταίρα. Plin. 36. 5. ex χαμαὶ, & ἑταίρα, ἡ; V.

Χαμεύνα, ας, ἁ, Dor. pro

Χαμεύνη, ης, ἡ, per Syncop. pro χαμαιεύνη, humi jacens cubile: &

Χαμευνὶς, ίδος, ἡ, humilis lectus: ex χαμαὶ, & εὐνή, cubile.

Χαμεύνα, præced. seu χαμεύνη, expon. stibadium humi stratum, humilis & vilis lectus, & χαμεύνης, qui humi cubat; ut & χαμεύνιον, diminut. ab vel idem quod χαμεύνη, storea, lectus humilis: Item Χαμευνία, ipsa actio cubandi humi; q. d. humi cubatio: Item storea, quæ pro lecto substernitur; Poll. Sic & χαμευνεῖν, humi cubare, & χαμευνὰς, άδος, ἡ; pro stibadio humi strato, vel idem quod, ut omnia, ex iisd. cum præced. χαμευνὶς, storea, &c. V.

Χαμῶπις, vide suprà, cum χαμαιῶπις.

Χαμόθεν, adv. ex humo: è terra. Them. χαμαὶ humi.

Χαμηλὸς, ἡ, ὸν, humilis, e, vilis. Poët. χαμηλαὶ, ungulæ: à χαμαὶ, humi.

Χαμουλκὸς, traha: machina quâ navis è mari in siccum trahitur: à χαμαὶ & ἕλκω, traho.

Χάμος, frænum; puto à κημὸς, aut à χάβος.

Χαναὰν, ὁ, nomen viri ἄκλιτον. Hebr. depressus, humiliatus.

Χανδάνω, idem quod χάζω, capio.

Χανδὸν, adv. ore hiante: à χαίνω, hisco.

Χανεῖν, a. 2. inf. act. verbi χαίνω, hisco: f. χανῶ. aor. 2. ἔχανον. aorist. 2. part. χανών.

Χάνη, & χάννη, ἡ; idem quod χάννος, hiatula piscis; qui & ipse, à χαίνειν; teste Eust. apud Aristot. interdum scribitur hodie, χαίνη, sed vitium patet esse librariorum: Item Χάνος, τὸ; idem quod χάσμα, τὸ, rictus, os apertum & magno hiatu diductum: atque inde etiam χάνην, nonnulli vocant τὸν ἀνθερεῶνα, propterea quòd gargar suprà sit largius, & arctius infrà, velut infundibulum, quod χοάνη, & χώνη vocatur: quod χώνη perinde eidem quoque gulæ, ab Alex. Aphr. tribuitur: Item χανέω, quidam ponunt, ex χάνος, pro χαίνω seu χάσκω: Item χανύω, vel χανύσσω, expon. vociferor, clamo, os magno hiatu diducens: Hesych. omnia à Them. χαίνω, f. ανῶ, &c. V.

Χανοῦμαι, f. m. &

Χανούμενος, f. part. m. &

Χανῶ, hiabo. f. activ. verbi χαίνω, hisco.

Χάος, εος, τὸ, CHAOS, rictus, hiatus, tenebræ. Angl. Chaos. Hinc χαόω, in chaos verto. Th. χαίνω, hisco.

Χάος, τὸ, præcedent. peculiariter Philosophis dicitur hiatus ille cæcus, & immensus, qui erat ante conditum orbem: Hesiod. in Theogon. Plat. & Aristot. &c. vi.

Χαὸς, οῦ, bonus, illustris. Doriens. à χάω, capio: quia bonum est acceptabile.

Χαρὰ, ᾶς, ἡ, gaudium, à p. m. κέχαρα, verbi χαίρω, gaudeo.

Χάραγμα, ατος, τὸ, sculptura, character: à χαράσσω; quod V.

Χαραγμὸς, οῦ, ὁ, incisura, incisio; Theophr. itidem verbale; ab eod.

Χαράδρα, ας, ἡ, & Ion. ης, alveus, sulcus, fossa. Hinc χαραδριὸς, οῦ, ὁ, avis genus sic dictæ, quod hiaticolam, ὅτι περὶ τὰς χαράδρας οἰκήσεις ποιεῖται. Them. χαράσσω, excavo.

Χαράδρα, præc. exp. terræ fissura, facta ex terræ motu, caverna, salebra, vorago; Thuc. l. 3. Item sulcus, quem torrens rapido suo impetu ἐχάραξεν; Item ipse torrens, qui impetuosè è monte aut præcipite loco decurrens, terram excavat: Il. π. atque inde χαραδραῖος, ου, ὁ, è χαράδρα desumptus, aut lectus; ut χαραδραῖα βέλεμνα, apud Nonn. fragosi lapides & asperi: Item Χαραδραῖος ποταμὸς, idem quod χαράδρα, torrens; apud eund. Item Χαραδρῆιν, interdum dicitur, pro χαράδρα; in Epigram. Sic & Χαραδρεὼν, ῶνος, ὁ, torrentis alveus; vel locus frequens torrentibus; Eust. omnia à præcedent. χαράδρα; vide.

Χαράδρην, acc. sing. Ion. à χαράδρα; quod V.

Χαραδριὸς, seu χαραδρειὸς, ὁ; avis quæ in salebris & alveis torrentium degit, rupex, hiaticola: Item Χαραδρόω, salebrosum & cavernosum reddo; torrentibus impetuosis excavo; unde χώρη κεχαραδρωμένη; apud Herodot. in Euterp. Item Χαραδρώδης, εος, ὁ & ἡ, salebrosus: ut χαραδρώδεσι τόποις; apud Diosc. 4. 57. Omnia itidem à præced. χαράδρα. V.

Χαρακίας, ου, ὁ. degens in vallis, aut proveniens: ut χαρακίας κάλαμος; Theophr. & χαρακίας τιθύμαλλος; Diosc. 4. 165. Item dicitur simpl. χαρακίας, ου, ἡ, tithymalum: Item Χαράκιον, τὸ; vallus, pedamentum, sustentaculum: Hesych. atque inde Χαρακίζω, vallis depactis munio, vallo protego: Item vallo, seu palo erigo; Hesych. atque inde χαρακισμὸς, munitio quæ palis defixis fit, palorum defixio; Athen. l. 6. Item

Item Χαρακόω, vallo communio, circumvallo; impropriè apud Athen. l. 2. μᾶζα κεχαρακωμένη ἀχύροις, dicitur, i. e. constans è furfuraceâ & acerosâ farinâ, & aceribus non aliter palatum pungens, quam valli acuti pedes supergradientium: unde verbale Χαράκωμα, vallum, agger: idem quod, ut & reliqua, à χάραξ, ακος, ὁ; quod expon. terræ sulcus, aratro, aut fossorio instrumento excavatæ, fossa: Item ipsa castra, & Hesychio, est etiam sepimentum: Item planta quædam spinosa, & signif. etiam vallum præacutum, seu palum, &c. V. Item Χαρακοποιΐα, ας, ἡ, q. d. vallatio, munitio: ex χάραξ, ακος, & ποιέω; V.

Χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ, CHARACTER, typus, forma; nota insculpta. Angl. Character. Th. χαράσσω; quod V.

Χαρακτηρίζω, insignio charactere & nota distinguo. Angl. to Characterize: à præced. quod V.

Χαρακτηρικὸν, dicitur in quo est nota characteris & styli, vel differentiæ; à præcedent. χαρακτὴρ, nota impressa, aut inscripta, &c. V. Item Χαρακτηρισμὸς, designatio, denotatio; rei alicujus, suis veluti notis insignitæ repræsentatio: ut & χαρακτηριστικὸς, in quo est nota differentiæ: ut χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα, notæ quibus alius ab alio discernitur; verbalia à præced. χαρακτηρίζω, notam rei & formam exprimo, &c. V. Item Χαρακτήριος, & per Sync. χάρακτρος, incidendi vim habens; vel aptus ad incidendum & secandum, à χαρακτὴρ, ῆρος, forma, differentia, descriptio; quâ scil. describitur aliqua res, veluti ex nota ei impressa, à cæteris rebus eam distinguendo, &c. V. Χαράκωμα, vide suprà χαρακόω.

Χάραξ, ακος, ὁ, vallum, seu agger, quo castra muniri solent: Item χάραξ, ἡ, pedamentum. Th. χαράσσω.

Χάραξ, præced. vide suprà post χαρακόω.

Χαρασσέμεναι, Dor. & Æol. pro χαράσσειν, præs. inf. act. verbi præced.

Χαράσσοισα, ας, ἁ, Dor. pro

Χαράσσουσα, ης, ἡ, notans, vellicans, præs. part. f. g. à

ΧΑΡΑ´ΣΣΩ, seu -ττω, sculpo, imprimo, incido, excavo. f. ξω. p. κεχάραχα. perf. pass. κεχάραγμαι, ξαι, κται. Hinc χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ, character, nota impressa, vel inscripta: χάραξ, ακος, &c.

Χαρείην, vide in χαρείς.

Χαρεὶς, έντος, gavisus. a. 2. part. pass. verbi χαίρω, gaudeo. f. χαρῶ. a. 2. pass. ἐχάρην. a. 2. opt. χαρείην. f. 2. ind. pass. χαρήσομαι.

Χάρη, Ion. pro ἐχάρη, lætatus est, 3. sing. a. 2. ind. pass. &

Χαρῆναι, a. 2. inf. pass. &

Χαρήσομαι, f. 2. ind. pass. verbi χαίρω; quod V.

Χαριδότης, lætitiæ dator; Bacchi Epith. apud Plut. in Ant. ex χαρὰ, ἡ, & δότης, ὁ, &c. V.

Χαρίεις, εντος, gratiosus, elegans: acc. pl. χαρίεντας. Them. χάρις, ιτος, ἡ, gratia. Hinc Lat. CHARUS.

Χαρίεν, τὸ, à χαρίεις; quod V.

Χαρίεν, dicitur & pro adverb. χαριέντως, pulcrè, sed ut neut. χαρίεν, expon. gratum, gratiosum, &c. V.

Χαρίεντ' pro χαρίεντα, acc. ejusd.

Χαριεντίζομαι, jocor, lepidâ urbanitate utor; facetè aliquid dico: Item χαριεντίζω, idem; à χαρίεις, εντος; V.

Χαριεντισμῷ, dat. sing. à χαριεντισμὸς, οῦ, ὁ, venustas sermonis: quod à χαρίεις, εντος; quod V.

Χαριέντως, adv. gratiosè, ab eod.

Χαριεργὸς, οῦ, ὁ; cujus facta grata sunt, in Epigram. ex χαρίεις, & ἔργον, τὸ; V. Item Χαριέστερος, elegantiùs, gratiosiùs; est compar. cujus superl. seq. V. Item Χαριέστατα, venustissimè; adverb. à seq. vide.

Χαριέστατος, jucundissimus venustissimus: superl. à Χαρίεις, εντος; q. v.

Χαρίζομαι, dono, gratificor, condono: præs. part. Χαριζόμενος, η, ον. f. χαρίσομαι. η, εται perf. pass. κεχάρισμαι. a. 1. pass. ἐχαρίσθην, ης, η. a. 1. inf. pass. χαρισθῆναι. a. 1. part. pass. χαρισθεὶς, εντος, donatus, gratis datus. f. 1. pass. χαρισθήσομαι, ῃ, εται, a. 1. m. ἐχαρισάμην, ω, ατο, gratis dedi, gratuitò remisi. Th. χάρις, ιτος, ἡ, gratia.

Χαρικλοῖς, gen. Æol. & Doricè pro Χαρικλοῦς à

Χαρικλὼ, CHARICLO, proprium nomen.

Χάριν, pro causa; vide in Th. χάρις.

Χαρίξῃ, 2. sing. a. 1. sub. m. Dor. pro χαρίσῃ, à χαρίζομαι; q. v.

ΧΑ´ΡΙΣ, ιτος, ἡ, gratia, gratiarum actio: gaudium, eleemosyna: venustas, benevolentia: præmium: in acc. χάριν. Sæpe χάριν ponitur pro ἕνεκα. Hinc χαρίεις, εντος, ὁ, & in fœm. gen. χαρίεσσα, elegans, gratiosus: χάρισμα, ατος, τὸ, donum gratuitum: χαριτόω, gratiâ afficio: ἀχάριστος, ου, ὁ, ἡ, ingratus.

Χαρίσασθαι, a. 1. inf. m. verbi χαρίζομαι, fratificor. f. ίσομαι. Them. χάρις, ιτος, ἡ, gratia.

Χαρισθῆναι, a. 1. inf. pass. verbi ejusd. & Them.

Χαρίσιον, τὸ, idem quod χαριστήριον; id vide: sed est & placentæ species & χαρίσια, sunt πεμμάτια, qualia dono dantur; Hesych. & Athen. à Them. χάρις; V.

Χάρισμα, ατος, τὸ, donum, quo quis alicui gratificatur: à χαρίζομαι, gratificor. Th. Χάρις, gratia.

Χαριστήριον, τὸ, munus quod datur ab eo, qui gratias agit; & in plural. χαριστήρια, talia munera; Item Χαριστήριος λόγος dicitur oratio, quâ gratiæ aguntur; & in plural. χαριστηρίους λόγους καὶ ὕμνους, appellat Greg. quibus gratiæ Deo aguntur, de re aliqua: ut & Χαριστήριον, τὸ; gratiarum actio; verbalia à χαρίζομαι; V. Item Χαρίσια, τὰ, solenne festum, quo symposia agitabant, unà propinqui, & dona ultrò citroque transmittebant: itidem ab eod.

Χάριτες, tres sorores Gratiæ dictæ: in gen. pl. χαρίτων. Th. χάρις.

Χαριτία, ἡ, lepidum aliquod & joculare factum, à χάρις, ιτος; V.

Χαριτοβλέφαρος, cujus palpebris gratia aliqua inest; (Item fruticis nomen:) Ita vocatum fuisse Demetrium, scribit Laërt. ex Χάρις, ιτος, & βλέφαρον, τὸ; V. Item Χαριτογλωσσέω, ῶ, seu -ττέω, ῶ; gratiam linguâ aucupor more assentatorum; ad gratiam loquor, & voluntatem, seu voluptatem, potius quam ad veritatem: ex Χάρις, ιτος, & γλῶσσα; V.

Χαριτόω, facio ut aliquis sit acceptus: f. ώσω. p. κεχαρίτωκα. perf. pass. κεχαρίτωμαι. perf. part. pass. κεχαριτωμένος, η, ον, gratiam consecutus. Th. χάρις, ιτος, ἡ, gratia.

Χάρμα, ατος, τὸ, & χάρμη, ης, ἡ, gaudium: animus ad pugnandum, pugna. Th. χαίρω, gaudeo.

Χαρμονὴ, & χαρμοσύνη, idem quod præced. χάρμα, vel χάρμη, lætitia, &c. Vide.

Χαρμόσυνά τινα ποιεῖσθαι, res quasdam lætas facere: à χαίρω, gaudeo.

Χαρμόφρων, dicitur Mercurius; q. d. qui est gaudium mentibus, seu mentibus lætitiam afferens: ex Χάρμη, ἡ, & φρὴν; V.

Χαροποιὸς, gaudii & lætitiæ efficiens: ut Χάριτες χαροποιοὶ; ex χαρὰ, ἡ, & ποιέω; V.

Χαροποῖο, gen. Ion. à

Χαροπὸς, οῦ, ὁ, ἡ, vel χαρωπὸς, lætus, vultu serenus, cæsius: à χαίρω, gaudeo, & ὢψ, ὠπὸς, ὁ, oculus. Them. ὄπτομαι, video.

Χαροῦσιν, 3. pl. f. 1. verbi χαίρω, gaudeo.

Χαρρὰν, ἡ, nomen urbis ἄκλιτον. Hebr. æstus.

ΧΑ´ΡΤΗΣ, ου, ὁ, CHARTA, sic dict. quia literis χαράσσεται, inscribitur: vel à verbo χάρειν, quod Epistolis solet apponi. Hinc Angl. Card.

Χαρτίον, ου, τὸ, volumen, chartula: à præced.

Χάρτιν, τὸ, charta; idem quod, & à præced. Th. χάρτης; V.

Χαρτοπράτης, chartarum venditor, chartarius; (qui etiam, dicitur χαρτὴς, οῦ, ὁ;) ex præced. Χάρτης, & πράτης, ὁ; vide.

Χαρτοπώλης, chartarius, qui chartas πωλεῖ.

Χαρτὸς, οῦ, ὁ, lætificus, dignus quo lætemur, & gaudeamus; Soph. verbale, à Them. χαίρω, -ομαι; V.

Χαρτοφυλάκιον, scrinium, in quo reponuntur & asservantur chartæ; à seq.

Χαρτοφύλαξ, chartarum scil. principalium custos, præfectus scriniorum: ex præced. Χάρτης, ὁ; seu χάρτιν, τὸ, & φύλαξ, ακος; unde φυλακὴ, ἡ, &c. V.

Χαρτοφύλαξ, chartularius, φύλαξ chartarum.

ΧΑ´ΡΥΒΔΙΣ, εως, ἡ, CHARYBDIS, vortex maris, vorago; quia in χάος βαίνει; vel ex χάος & ῥοῖβδος, stridor. Est enim χάος ῥοιβδοῦν, hiatus stridens.

ΧΑ´ΡΩΝ, οντος, ὁ, CHARON. Orci portitor, mors. Hinc χαρώνειος, ad Charontem pertinens.

Χαρώνειον, vel χαρωνεῖον, & χαρώνειος θύρα; porta, per quam ad supplicium abducebantur qui damnati erant; Poll. 8. 4.

Item χαρωνεῖα, τὰ, Geographis, & Laërtio in Zenone, dicuntur barathra Plutonia, fœdos odores exhalantia: Item Χαρωνῖται, οἱ, Orcini, turba scil. illa novorum senatorum, qui post necem Cæsaris, fraude Antonii, in senatum irruperant, à Romanis hominibus ipsos despicientibus, ac nomine illo irridentibus; dicebantur Orcini; Plut. in Ant. omnia à præced. Them. χάρων, ὁ; vide.

Χάροψ, sive χαροπὸς, lætitiam cordis vultu prodens; lætitiam afferens oculis: unde peculiariter, χρῶμα, quoddam dicitur Χαροπὸν, & χαροποὶ, qui eo sunt præditi; is color putatur esse cæsius, vel cæruleus; vel etiam fulvus; inter quos alioqui magna est affinitas: sic apud Theocr. Idyl. 21. ὄμματα χαροπότερα, expon. oculi magis cæsii seu glauci, & χαροποῖο λέοντος, apud Hom. expon. fulvi leonis; & in Epigram. χαροπὸν κῦμα, cæruleus fluctus, &c. atque inde χαροπότης, ητος, ἡ; color cæruleus, seu cæsius; apud Plut. &c. ex Them. χαίρω, & ὤψ, ὠπὸς, &c. V.

Χάσις, εως, ἡ, privatio: Item, segregatio, separatio: Hesych. verbale; à χάζω, f. άσω, &c. V.

Χασκάζω, idem quod χάσκω, & Th. χαίνω, inhio, & Metaph. avidè appeto; unde Χάσκαξ, scommaticè; dicitur de homine, qui ore hiante stat & respectat aliquid; teste Eust. Sic & Athenienses, loco Ἀθηναῖοι, ab Aristoph. per parodiam, κεχηναῖοι, nominantur, &c. V.

Χάσκω, hisco, idem quod χαίνω.

Χάσμα, ατος, τὸ, hiatus, CHASMA. Them. χαίνω, hisco. f. χανῶ. a. 1. ἔχηνα. a. 2. ἔχανον. perf. κέχηνα. perf. pass. κέχασμαι.

Χασματικὸς σεισμὸς, dicitur terræ motus; quum scil. movente terrâ hiatus fiunt, dicitur etiam χασματίας, ου, ὁ, apud Aristot. terræ motus, qui soli confidentias, in cavernas facit; à præced. Χάσμα, ατος, τὸ; V. Item Χασμάομαι, -ῶμαι, hio, inhio: Item oscito; unde Χασμᾶσθαι, expon. oscitanter addubitare, & cunctari, angi & conturbari, æstuare dubitatione, & χασμάω, f. άσω, oscito, dehisco: unde in præs. & part. præs. pass. οἱ βλέποντες χασμώμενοι χασμῶνται; qui oscitantes vident, oscitant: à seq. χάσμη, ἡ; V.

Χασμεύμενος, Ion. & Dor. pro χασμώμενος, inhians, præs. part. à Χασμέομαι, idem quod χασμάομαι, à χάσμα; quod V.

Χάσμη, ης, ἡ, oscitatio, actus hiantis oris: à χάσκω, seu χαίνω, hio.

Χάσμη, præced. propriè expon. hiatus, vel hiatio, & peculiariter ea, quâ quis os inter oscitandum diducit, oscedo; &c. V.

Χάσμημα, τὸ, hiatus, vel rictus; & apud Aristoph. pro rostro hianti poni dicitur; verbale à Χασμάομαι, præced. V. Item Χασμώδης, εος, ὁ κ ἡ, oscitator, qui frequenter oscitat; Diog. Laërt. atque inde Χασμωδία, ἡ, oscitantia: Item verborum compositio hiulca; Eust. utrumque à χάσμη, ἡ; V.

Χασσάμενος, retrocedens. a. 1. part. m. gen. ας. Poët. verbi χάζω, recedo.

Χασσώμεθα, Poët. pro χασώμεθα, cedamus. 1. pl. a. 1. sub. m. verbi ejusd.

Χατίζω, opus habeo: Item desidero, percupio; idem quod seq. Th. Χατέω, indigeo; ut Od. γ. πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι, omnes divino auxilio indigent, &c. V.

Χατέουσι, indigentibus, dat. pl. part. præs. act. à

ΧΑΤΕ'Ω, Poët. CAREO, egeo, indigeo, cupio. q. à χάω, capio, vel hio. Hinc χατίζω, & χατίζω, idem quod χατέω, χῆτος, εος, τὸ, indigentia.

Χατίζω idem quod χατέω, egeo.

Χατὶς, ίδος, ἡ, indigentia, seu usus: Item desiderium, cupiditas: Hesych. à Th. χατέω, unde præced. χατίζω, &c. V.

Χαυλιόδους, & χαυλιόδων, οντος, ὁ, dentes exsertos habens: ex χαλάω, laxo, emitto, & ὀδοὺς, dens, gen. ὀδόντος.

Χαύναξ, ακος, ὁ, homo tumidâ & inani inflatus superbiâ: Hesych. Item χαυνιάζω, exp. decipio, in errorem induco; utrumque à seq. Th. χαῦνος; unde apud Aristoph. in avib. χαῦνον ὄνομα, exp. amplum; quoniam autem, quæ laxa sunt & fungosa, nonnunquam etiam vento inflantur, & tumefiunt; ideo χαῦνος, aliquando signif. inflatus, tumidus, superbus; unde ἄνθρωπος χαῦνος, exp. inflatus admiratione sui; apud Aristot. Eth. l. 4. & in genere, χαῦνα, propriè dicuntur, quæ hiatibus quibusdam diducta fiunt, laxiora & fungosiora, &c. V.

ΧΑΥ'ΝΟΣ, ου, laxus, fungosus: à χαίνω, hio.

Χαυνότης, ητος, ἡ, fungositas, laxitas; Plut. Symp. 6. Item stolida, & tumida superbia, inanis & ventosa ambitio; Aristot. Eth. 2. c. 7. Item χαυνόω, laxum fungosumque reddo; laxo & aperio: Athen. 13. & 8. & in pass. χαυνόομαι, laxor. Item stultâ superbia inflor; magnificè de me sentio, quum tamen nihil sim; ut χαυνοῦται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐπαίνων, καὶ θρύπτεται; apud Plut. in educ. lib. omnia à Th. χαῦνος. V.

Χαυνὰν, placenta, Jer. 7. 18. & 44. 19. pro quo

Χαυὼν, ῶνος, idem ibid. Th. χαῦνος.

Χαύνως, laxè; Herodian. l. 4. adv. à Th. Χαῦνος. V. Item Χαύνωσις, εως, ἡ, laxatio, dissolutio, & χαυνωτικὸς, vim habens laxum efficiendi; Plut. verbalia à χαυνόω, -όομαι; V. Item Χαυνῶνες, Hesychio sunt panes admixto oleo subacti, quâ subactione fungosi fieri & laxi creduntur; pro eod. apud Suid. legitur χαύνανες, à Th. χαῦνος, fungosus, &c. V.

Χάω, HIO, apertus sum, vacuus sum, capio.

Χέαι, fudisse. a. 1. inf. act. verbi χέω, fundo. f. χεύσω. a. 1. ἔχεα. a. 1. imperat. χέον. a. 1. part. χέας.

Χεβέρλεφος, eduleum quoddam Syrorum.

Χέδροπα, legumina. q. χειρόδροπα: quia χειρὶ δρέπονται.

Χέει, fundit, 3. sing. præs. ind. à χέω, seu χείω, fundo. f. χέσω· χεύσω, & χεύσω· a. 1. ἔχευσα, ἔχευα, & ἔχεα. a. 1. pass. ἐχύθην.

Χεζανάγκη, nomen emplastri seu unguenti ad movendum alvum; Aët. ex seq. Th. χέζω, & ἀνάγκη, ἡ, &c. V.

Χεζητιάω, idem quod χεσείω, cacaturio; alvum evacuare cupio: utrumque à Th. seq. χέζω, -ομαι; V.

ΧΕ'ΖΩ, caco, ventris onus depono. f. χέσω. q. à χέω, est enim effundo excrementa.

Χειὰ, ᾶς, ἡ, serpentum latibulum: à χείω, seu χέω, id est, χωρῶ, capio.

Χειλάριον, τὸ, labellum; diminut. à Th. χεῖλος, εος, τὸ; V.

Χείλεσι, & Poët. χείλεσσι, dat. pl. à χεῖλος, εος, τὸ, labrum, labium.

Χείλευς, Dor. pro χείλους, labri, gen. sing. à χεῖλος.

Χειλεύω, & χηλέω, idem cum, & pro χηλέω, & χηλόω; quæ vide: ut χηλεύει στρωτὸν, i. e. σποδεύει, seu πλέκει; apud Hesych. à Th. χηλὸς, ὁ; V. Item χηλεύω, idem quod χηλόω; id V. à Th. χεῖλος, εος, τὸ, &c. V.

ΧΕΙ'ΛΟΣ, εος, τὸ, labrum, labium. Per id q. χέομαι potum. Et pro sermone, & per Metaph. littus, seu ora maris.

Χειλόω, labro circundo, labrum in ambitum duco; à Th. Χεῖλος, εος, τὸ; V. Item Χειλώνη, ἡ; idem quod & à Th. Χεῖλος, præc. V. Unde etiam χείλων, labeo; in Epigr. ab eod. Item Χειλωτὴρ, exp. ἡ, αὐλητικὴ στομὶς; quoniam labris circumligatur, ut interiore flatu non rumpatur; verbale à χηλόω. V. Sed Χιλωτὴρ, exp. & fiscella, pabulum continens; quæ scil. equi ori circumponitur, è vertice suspensa; & sic est verbale à χηλόω, pro quo & χιλόω, dicitur pasco; à Th. Χιλὸς, ὁ; V.

ΧΕΙ'ΜΑ, ατος, τὸ, hyems; tempestas: (q. à χέω, seu χείω, quod multas fundat pluvias & nives. Hinc χειμὼν, ῶνος, ὁ, idem: χειμάζω, hyemo, hyemem traduco, hyberno: χείμερος, & χειμερινὸς, hyemalis, hybernus.

Χειμάδιον, ου, τὸ; q. d. hybernaculum: Item Χειμάδιος, hybernus, ad hybernandum accommodus: unde χρῆσθαι χειμαδίῳ, sub. τόπῳ, exp. uti hybernis; apud Dem. & χειμάδιος δύναμις, dicitur ab eod. Sicut & ἐς χειμάδια φοιτῶσι, exp. se conferunt hybernatum; apud Herodot. à χειμὰς, άδος; V. Item Χειμάζομαι, tempestate vexor, peculiariter, tali qualis hyeme in mari solet cooriri: Item hyeme infestor, seu hyemali frigore; ut καρποὶ χειμαζόμενοι; apud Theophr. est pass. à seq. act. χειμάζω; V.

Χειμάζω. f. άσω, hyemo, hyberno: Item tempestate vexo, vexo velut procellâ. Them. χεῖμα.

Χειμαίνειν, tempestate vexare. Th. χεῖμα.

Χειμαίνομαι, tempestate vexor, sentio hyemem; apud Herodot. itidem pass. ab act. præced. χειμαίνω, hyemo, sævio, &c. V.

Χειμάμυνα, hyemis injuriam arcens: ita dicitur læna quædam crassa, quam Hom. ἀλεξάνεμον, vocat, inquit Eust. sicut etiam χειμάμυνες χλαῖναι, dicuntur lænæ ventorum & frigoris injuriam arcentes: idem quod ἀλεξάνεμοι; Eust. Il. π. ex χεῖμα, & ἀμύνω, unde ἄμυνα, ἡ, &c. V.

Χείμαρρος, clavus ligneus sub carinâ.

Χείμαῤῥος, præced. dicitur paxillus, quo foramen in navis carina obstruitur, quo amoto naves in ſiccum tractæ, aquam in ſentina collectam emittunt; apud Heſiod. &c. V.

Χείμαῤῥος, ου, ὁ, & χειμάῤῥοος, ου, ὁ, torrens: ex χεῖμα, ατος, τὸ, hyems, & ῥόος, ου, όος, ου, ὁ, fluxus, Th. ῥέω, fluo.

Χειμάῤῥῳ, dat. ſing. à χείμαῤῥος, quod vide.

Χειμὰς, άδος, ἡ, ſub. ὥρα, tempus hybernum, HYEMS. Th. χεῖμα.

Χειμὰς, præced. dicitur & veſtis hyberna; ſcil. ſub. ἐσθὴς, Heſych. &c. Vide.

Χειμασία, ας, ἡ, hyematio, hybernatio; item tempeſtas: à χειμάζω, quod V.

Χειμασκέω, ῶ, hybernis exercitiis incumbo; hyeme exerceor; Poll. ex χεῖμα & ἀσκέω, V.

Χείμαστρον, τὸ, veſtis quâ hyemali tempore utimur; Poll. à χειμάζω, ομαι, f. σω, &c. V. Item, χειμάω ſeu χειμέω, hyemali frigore infeſtor; ſeu ſimpl. frigeo, rigeo; Heſych. à Th. χεῖμα, V. Item, χειμεθλιάω, idem quod χειμετλιάω, id V.

Χείμεθλον, pernio, morbus ex frigore, cum χεῖμα θλᾷ calces. Dicitur & χίμετλον, & χιμέτλη.

Χειμερίζειν, hyemem traducere. Th. χεῖμα, hyems.

Χειμερίζω, hyberno; vide præced.

Χειμέριος, ου, ὁ, ἡ, & χειμερινὸς, οῦ, hyemalis, hybernus, tempeſtuoſus. Th. χεῖμα, ατος, τὸ, hyems.

Χειμεριώτατος, exp. admodum gaudens algoribus; eſt ſuperl. à præced. χειμέριος, V. Item, χειμέω, vide ſupra χειμάω.

Χειμετλιάω, ſeu χειμεθλιάω, item, χιμετλιάω, pernionibus laboro; manus pedeſve frigore hyberno exulceratos habeo; à χείμεθλον, ſeu χίμετλον, τὸ, pro quo dicitur &, χιμέτλη, ἡ, ulcus ex hyberno frigore, quod digiti pedum manuumque, nec non tali, contrahunt, &c. V. Item, χειμὶη, ἡ, hybernum frigus, vel ſimpl. frigus, rigor; item, χειμέουσα, quæ friget, rigens, fœm. quaſi part. fœm. præſ. à verbo inuſit. χειμέω; & omnia, à Th. χεῖμα, unde χειμέω, &c. V.

Χειμοθνὴς, hyemali frigore enectus; Luc. ex χεῖμα; & Th. θνήσκω, unde θνῆσις, tanquam à f. θνήσω; atque indè, comp. quædam deſinunt in θνης, & θνητὸς, &c. V. Item, χειμόσπορος, hyeme ſatus; Theoph. Unde χειμοσπορέω, hyeme ſemino; ex χεῖμα & σπορὰ, ἡ, ſeu σπόρος, ὁ, &c. V.

Χειμὼν, ῶνος, ὁ, hyems, tempeſtas, idem quod Th. χεῖμα.

Χείομαι, idem quod χείω, pro Th. χέω, capax ſum, &c. V. Item, χεῖος, ου, ὁ, dicitur prodigus; à χείω, pro Th. χέω, fundo, &c. V.

Χείουσιν, 3. pl. ind. præſ. verbi χείω, pro χέω, fundo: vide χέω.

ΧΕΙ'Ρ, χειρὸς, ἡ, manus, ſcriptura; copiæ. q. à χῶ, capio: eſt enim capiendi inſtrumentum: χεῖρ', pro χεῖρα, accuſ. ſing. Hinc χέρνα, ης, ἡ, paupertas, inopia: χέρνης, ητος, ὁ, ἡ, inops, pauper: χεῖρον, ονος, ὁ, ἡ, pejor, deterior, αὐτόχειρ, ρος, ὁ, ἡ, qui ſuâ ipſe manu aliquid facit; item qui ſuâ manu cædē patravit: ἐγχειρίδιον, ου, τὸ, parvus gladius, pugio, ſica; item libellus, qui manu facilè geſtari poteſt: ἐπιχειρέω, manum admoveo, aggredior: ἐπιχείρημα, ατος, τὸ, conatus: δυσχερὴς, έος, ὁ, ἡ, difficilis, arduus: δυσχεραίνω, moleſte fero.

Χειράγρα, ἡ, chiragra; articularis morbus, qui manus velut captas & irretitas tenet; ut ποδάγρα, podagra, pedes; q. d. ἡ ἄγρα χειρὸς & ἡ ἄγρα ποδὸς, ſeu χειρῶν & ποδῶν; ex χεὶρ, ρὸς, & ἄγρα, ἡ, ſunt tamen, qui hoc derivari malint, ἀπὸ τοῦ ἄλγους, ut ſit quaſi, χειράλγα & ποδάλγα, poſito ſcil. ρ. pro λ. &c. V.

Χειραγωγέω, ῶ, manu duco. f. ήσω. p. κεχειραγώγηκα. à

Χειραγωγὸς, οῦ, ὁ, ἡ, qui vel quæ manu ducit. Ex χεὶρ, manus, & ἀγωγὸς, dux viæ. Th. ἄγω, duco.

Χειραγωγία, ἡ, actio illa ducendi manu, ſeu deducendi; à Suida, exp. auxilium, à præced. χειραγωγὸς, V.

Χειράδες, Heſychio ſunt, αἱ μετὰ λίθων καὶ ὅπλων βολαί, plur. ſing. à χειρὰς, V. Sicut &, χεράδια, eidem ſunt, τῶν χειμάῤῥων αἱ λιθώδεις ἀθροίσεις; itidem ab eod.

Χειραπτάζειν, manibus tractare; ex χεὶρ & ἅπτω, necto.

Χειρὰς, άδος, ἡ, (pro quo ſcribitur &, χερὰς,) fiſſura in manibus; & per catachreſin, dicitur &, fiſſura pedum; teſte Heſych. à Th. χεὶρ, ρὸς, V.

Χειραψία, ας, ἡ, exp. παρὰ τὸ χειρὶ ἅπτειν; i. e. manu tangere, ſeu attingere; ſic dicitur, apud medicos, levis frictio, quæ fit ſuſpensâ manu, & leviter attingendo; ſed dicitur &, χειραψία, de pugna, quum ad manus ventum eſt, & res manu conſertâ geritur; Polyb. Item, apud Plut. dicitur de luctæ quodam genere; ſeu de quodam Paleſtrico manuum nexu, quo ſeſe mutuò confertis manibus apprehendunt, ità ſe exercentes; ex χεὶρ, ρὸς, & ἅπτω, necto, ſeu ἅπτομαι, tango, &c. V.

Χείρεσι, & χείρεσσι, dat. pl. Ion. & Poët. pro χερσί· à χεὶρ, ρὸς, ἡ, manus.

Χειριάω, laboro manuum fiſſurâ; chiragrâ laboro; item, doleo ex labore; Poll. l. 2. ſed exp. &, ruptis ſum pedibus; à χειρὰς, ἡ, V. Item, χειρίδες, αἱ, manicæ; nam ut, à κνήμη dicuntur κνημῖδες; ſic à χεὶρ, χειρίδες, ut & Lat. à manu, manicæ, ſunt vero, veſtis partes quæ manus tegunt; τὰ περὶ ταῖς χερσίν; inquit Poll. Onomaſtici 7. integumenta manuum, ex corio præcipuè, adverſus vim frigoris; unde quidam, è Græco, Chirothecas dixere; eſt plur. à ſing. χειρὶς, V. Atque indè, χειριδωτὸς vel χειριδωτὸς χιτὼν, tunica χειρίδας habens; manicata tunica, vel manuleata; Herodian. l. 5. Item, χειρίδιον, τὸ, parva manica; ſed dicitur etiam fuiſſe inſtrumentum inſtar manus, repurgandis pavimenti parietumque ſordibus accommodatum; ex Poll. diminut. itidem, à χειρὶς, vide.

Χειριδωτοὶ κιθῶνες, Ion. pro χιτῶνες) tunicæ manicatæ. Them. χεὶρ, manus.

Χειρίζομαι, exerceor; manu propriè; paſſ. ab act. χειρίζω, manu tracto; item, manibus curationem exſequor; item, general. adminiſtro, tracto; Polyb. l. 2. à Th. χεὶρ, ρὸς, V. Ut & χείριος, ου, ὁ, interdum de eo dicitur, qui eſt in poteſtate alicujus; interdum exp. utilis; & frequentiùs, manſuetus, cicur; ſubditus, q. d. manibus expoſitus; mancipatus, captivus, &c. Itidem, ab eod. Th. Item, χείριξις, ἡ, idem eſt quod χειρουργία; vel ſimpl. univerſa rerum admotio, quæ manu fit, & perficitur; verbale, à χειρίζω, ομαι, V. Item, χειρὶς, ίδος, ἡ, manica; manus involucrum, ſeu integumentum; Od. α. Plut. Xen. &c. à Them. χεὶρ, ρὸς, V. Item, χείρισμα, & χειρισμὸς, de arte chirurgica dicuntur; & χειρισμὸς, exp. general. adminiſtratio; verbalia, à χειρίζω, ομαι, V.

Χειρίστερος, idem cum χειρόστερος, & ex illd. id V. Χειρίων, idem quod χεῖρον, compar. pejor, &c. V.

Χειρίστην, acc. ſing. f. g. ſuperl. grad. à κακὸς, malus. comp. χεῖρον & χερείων. ſuperl. χείριστος, peſſimus.

Χειρματιστὴρ, idem quod, & à χερμὰς, άδος; Heſych. ſed exp. &, δίσκος βακχεῖος, apud eund. &c. V.

Χειροβαλίστρα, falarica. qu. χειρὸς βαλίστρα.

Χειροβάναυσος, idem quod βάναυσος, quod dicitur quaſi βαύναυσος, ex nomine ſcil. βαῦνος, i. e. caminus, fornax; & verbo αὔω; i. e. incendo; q. d. qui caminum accendit, ad conficienda ſua opera, &c. V. Item, χειροβαρὴς, pondere ſuo manus gravans, ponderoſus; vel tantus, quantus onerandæ manui ſatis eſſe poſſit; ex χεὶρ, ρὸς, & βάρος, εος, τὸ, V. Item, χειρόβιος, & χειροβιώτος, manibus, i. e. manuum labore, vivens; ex χεὶρ, ρὸς, & βίος, ὁ, unde βιόω, όομαι, & βιωτὸς, ὁ, &c. V. Χειροβλιμάζειν, manibus leniter premere, & contrectare, τοὺς μαστοὺς, ſeu mammas; ex χεὶρ, ρὸς, & βλιμάζειν; quod V. Χειρογάστωρ, cui manuum labor, ventri alimentum ſuppeditat; qui manuum labore vivit; ex χεὶρ, ρὸς, & γαστὴρ, V. Item, χειρογραφέω, ῶ, chirographo caveo, vel promitto; vel aliquid chirographo conſcribo; eſt à ſeq. χειρόγραφον; quod quidam exp. cautio manu alicujus ſcripta, &c. V.

Χειρόγραφον, ου, τὸ, CHIROGRAPHUM, ſyngrapha. q. d. χειρὶ γεγραμμένον, manu propriâ ſcriptum. Th. γράφω, ſcribo.

Χειροδάϊκτος, manu ſeu manibus cæſus, i. e. interfectus; Soph. in Ajace; ex χεὶρ, ρὸς, & δαΐζω, f. ίσω, & ξω, divido; item, occido, &c. V. Item, χειρόδεικτος, q. d. manu oſtenſus, manifeſtus; ex Soph. Unde χειροδεικτέω, ῶ, manu oſtendo; ex χεὶρ, ρὸς, & δείκνυμι, f. δείξω, &c. V.

Χειρο-

Χειρόδεσμος, copula. q. χειρῶν δεσμός· à δέω, ligo.

Χειροδίκαι, nom. pl. à

Χειροδίκης, ου, ὁ, cui jus est in manibus: ex χείρ, manus, & δίκη, ης, ἡ, jus.

Χειροδίκης, præced. exp. qui manu seu manibus, i.e. manuum robore jus discepto; qui jus robore suo seu potentiâ suâ metitur, &c. V. Item, χειρόδοτος, q.d. manu datus; Poll. ex χείρ, ρός, & δίδωμι, f. δώσω, unde δοτός, ὁ, &c. V.

Χειροδρέπτος, ου, ὁ, ἡ, qui χειρὶ δρέπει, manu decerpit.

Χειροδρέπτος, præced. exp. qui manu, non falce metit, &c. V. Item, χειροήθης, seq. exp. tractabilis; qui est moribus ut vel manu tractari se sinat; dicitur propriè de mansueto animali & cicure, nec ampliùs fero; Athen. l. 8. & Metaph. de hominibus quoque dicitur; ut, apud Luc. χειροήθεις τῇ ὕβρει, in patienda injuria mansueti, injuriam mansuetè ferentes, &c. Vide.

Χειροήθης, εος, ὁ, ἡ, mansuetus, cicur: ex χείρ & ἦθος, τὸ, indoles.

Χειροθετία, manuum impositio; cujus à Luca fit mentio; sed dicitur &, de lyram pulsante; apud Athen. ex χείρ, ρός, & θέσις, εως, &c. V. Sic etiam, χειροθετέω, manus impono; & in pass. χειροθετεῖσθαι, exp. accipere per manuum impositionem; itidem, ex χείρ, ρός, & τίθημι; unde θετός, ὁ, &c. V. Item, χειρόκμητος, manu laboratus, seu elaboratus; item, manu factus; apud Aristot. ex χείρ, ρός, & κάμνω, f. καμῶ, vel καμοῦμαι, præt. κέκμηκα, unde comp. quædam in κμητος, &c. V.

Χειροκοπεῖσθω, 3. sing. præs. imperat. pass. à

Χειροκοπέω, manum abscindo: ex χείρ, ἡ, manus, & κόπτω, scindo, amputo. f. ψω. p. m. κέκοπα.

Χειροκοποῦμαι, manus mihi abscinduntur; est pass. ab act. χειροκοπέω, præced. V. Item, χειροκρατία, manuum potentia, seu potestas; potentia quæ usurpatur ab iis, qui viribus plus pollent; quum nimirum leges armis opprimuntur; Polyb. ex χείρ, ρός, & κράτος, εος, τὸ, V. Item, χειρολαβίς, ίδος, ἡ, stivæ pars; nimirum cavum illud cui manum arator immittit; Poll. ex χείρ, ρός, & λαμβάνω, f. med. λήψομαι, a λήβω; unde a. 2. ἔλαβεν; unde λαβή, ἡ, & λαβίς, ίδος, ἡ, &c. V. Item, χειρόμακτρον, seq. sonat q. d. manuum abstersorium; linteolum ad abstergendas manus; sed ponitur &, in ornatu muliebri; in Herodot. & Euryp. &c. V.

Χειρόμακτρον, mantela seu mantile, quo sc. χεῖρας μάσσομεν, manus extergimus.

Χειρομάντις, εως, ὁ, ἡ, ex manu seu manibus, i. e. ex inspectione manuum, divinans; dicitur etiam, χειρομάντης, ου, ὁ, chiromantes; qui ex lineamentis manuum mores & naturam hominis conjicit, eique futura prædicit; (qui ob id etiam χειροσκόπος, appellatur;) atque indè, χειρομαντεία, ἡ, divinatio illa, ex inspectione manus, seu manuum; ex χείρ, ρός, & μάντις, εως, ὁ, ἡ, unde μαντεία, ἡ, &c. V. Item, χειρόμαχος, manibus pugnans; unde, χειρόμαχα πλήθους, dicitur vulgus manu victum quæritans; ex χείρ, ρός, & μάχη, ἡ, à Th. μάχομαι, V.

Χειρόμυλον, mola manualis. q. χειρῶν μύλη.

Χειρόμυλον, præced. dicitur etiam, χειρόμυλων, ωνος, ὁ, mola manuaria, seu trusatilis, &c. V.

Χεῖρον, τὸ, pejus, in pl. χείρονα & χείρον, ονος, ὁ, ἡ, pejor, compar. à κακός, malus. Th. χείρ, ἡ, manus.

Χειρόνιπτρον & χερόνιπτρον, vas quodlibet in quo, seu pelvis in qua abluuntur manus; malluvium; sed est etiam aqua, quâ manus abluuntur; item, manuum ablutio, seu lotio; Diosc. 1. 6. ex χείρ, ρός, & Th. νίπτω, f. ψω; unde νίπτρον, τὸ, &c. V.

Χειρονομέω, manibus gesticulor. Hinc χειρονομία.

Χειρονόμος, qui certâ quadam lege manus motitat, ità ut, continuè gesticuletur; unde, χειρονομία, lex gestus; seu manuum certa cum lege motus; item, saltatio gesticulatoria, non absq; manuum ac digitorum frequenti plausu; & χειρονομικὸς, ad chironomiam pertinens, seu in quo utimur chironomiâ; unde &, præced. χειρονομέω, manus certâ lege motito, concinnos gestus edendo; ut apud Herodot. in Erat. τοῖς ποσὶν ἐχειρονόμησε, exp. pedibus sublatis edidit gestus, quales manibus edi solent, atque indè, χειρονομισείω, chironomicam gesticulationem edere cupio; Poll. omnia, ex χείρ, ρός, & νόμος; unde νομικὸς, ὁ, &c. V.

Χειρόομαι, οῦμαι, manuum viribus supero, manibus superatum capio, subigo. Th. χείρ, manus.

Χειροπέδαι, manicæ; i. e. vincula manuum; Ecclesiast. c. 21. & apud Herodot. ex χείρ, ρός, & πέδη, ἡ, &c. Vide.

Χειροπληθής, έος, ὁ, ἡ, manum implens: ex χείρ, manus, & πλήθω, impleo. Th. πλέος, plenus.

Χειροπληθιαῖος, idem quod, & à præced. χειροπληθής, tam magnus multusque, ut manum impleat; unde neut. τὸ χειροπληθὲς, quantum manu comprehendi potest; apud Diosc. 1. 7. & alios medicos Græcos, &c. V. Item χειρόπληκτος vel χερόπληκτος, manu seu manibus percussus, seu inflictus; Soph. ex χείρ, ρός, & πληκτός, ὁ, &c. V. Item, χειροπόδης, idem quod χιρόπους, id V.

Χειροποίητος, ου, ὁ, ἡ, manufactus. Ex χείρ, ρός, ἡ, manus, & ποιέω, facio.

Χειρόπονητος, manu elaboratus; item, χειροπονία, festum quoddam, in quo opifices, & χειρόπονοι, manibus operantes, sacrificabant; Hesych. ex χείρ, ρός, & πόνος, ὁ, unde πονέω, ῶ, f. ήσω, &c. V. Item, χειρόπους, idem quod χερόπους, & ex iisd. id V.

Χειρός, gen. sing. à χείρ, ἡ, manus. dat. χειρί. dat. pl. χερσί.

Χειροσκοπικός, ad artem χειροσκόπου pertinens; à seq. χειροσκόπος, manus seu manuum inspector; ex χείρ, ρός, & σκοπός, ὁ, &c. V.

Χειροσκόπος, ου, ὁ, ἡ, qui manum inspicit, scil. ut inde divinet: qui χεῖρα σκέπτει.

Χειρόσοφος vel χειρίσοφος, q. d. manu sapiens; Luc. de saltat. scitus saltator in manuum gesticulatione; ex χείρ, ρός, & σοφός, ὁ, &c. V.

Χειροτένοντες, nom. pl. à

Χειροτένων, οντος, ὁ, ἡ, qui manibus est nervosis; ex χείρ, manus, & τένων, tendo, inis, Th. τείνω, tendo.

Χειροτένων, præced. est Epitheton cancri; in Batrach. &c. V.

Χειρότερον, compar. n. g. à κακός, malus. Th. χείρ, manus.

Χειροτεχνέω, manu artem aliquam conficio; opifex sum; unde verbale, χειροτέχνημα, opus manu factum; Poll. à seq. χειροτέχνης, q.d. manuarius artifex; manu artem aliquam conficiens, &c. V.

Χειροτέχνης, ου, ὁ, opifex. Ex χείρ & τέχνη, ἡ, ars.

Χειροτεχνία, opificium manuarium; artificium manu factum; unde χειροτεχνικὸς, ad artificium manu factum pertinens; ut χειροτεχνικαὶ τέχναι, quæ &, βαναυσικαὶ, artes illiberales, mechanicæ; opificia sedentaria, trivialia, sordida; Poll. Item, χειροτέχνως, & χειροτεχνικῶς, manus artificio, seu more illorum qui mechanicas artes tractant; adv. ut &, reliqua, à præced. χειροτέχνης, V. Item, χειρότμητος, manibus excisus; ex χείρ, ρός, & τμητὸς, verbale, à τμάω, inusit. pro τέμνω, &c. V.

Χειροτονέω, per suffragia creo. q. protensâ manu eligo: ut in suffragiis solebant. f. ήσω. p. κεχειροτόνηκα. a. 1. ἐχειροτόνησα. a. 1. ind. pass. ἐχειροτονήθην, ης, η. Ex χείρ, ἡ, manus, & τείνω, tendo.

Χειροτονητὸς, suffragiis creatus; unde χειροτονητά, τὰ, cognominatur liber quidam Democriti, apud Vitruv. q.d. collectanea; à præced. χειροτονέω, manum protendo, & attollo; item scisco, decerno, creo; quoniam in suffragiis ferendis, manus porrigi solebant; item, suffragiis defero; & in pass. χειροτονοῦμαι, magistratus creor; unde etiam, & seq. χειροτονία, exp. suffragiorum latio, &c. V.

Χειροτονία, ας, ἡ, suffragium, plebiscitum, creatio magistratûs; à præced.

Χειροτριβέω, manu frico, seu perfrico; item, χειροτριβεῖν, idem quod, & pro τρίβειν, apud Hippocr. ex χείρ, ρός, & τρίβω, unde τριβή, ἡ, &c. V. Item χειροτροφεῖον, hara; locus in quo porculi nutriuntur, & saginantur; à τροφεύς, έως, unde τροφεῖον, τὸ, &c. V.

Χειροῦν, in suam potestatem redigere: à χειρόω. Th. χείρ.

Χειροῦμαι, idem quod χειρόομαι, domo, mihi subjicio; item, passivè subjicior; sum inferior; unde, χειρωθεὶς, in mancipatum veniens; qui in arbitrium pervenit; & ἐχειρώθη ἀνδρῶν τὸ Ἄργος; exp. Argos viris deso-

desolatum est; pass. ab act. χειρόω, &c. V.

Χειρουργέω, ῶ, manibus operor, operor; item medicam manum admoveo: à seq.

Χειρουργὸς, q. χειροεργὸς, qui χειρὶ ἔργον, facit, & qui manu medicinam facit, CHIRURGUS.

Χειρούργημα, τὸ, opus manu factum; opificium; verbale, à præced. χειρουργέω, quod exp. &, fabricor, ædifico; vel general. manibus opus aliquod facio; item, manu perpetro facinus aliquod; item, curo per chirurgiam, seu attendo arti chirurgiæ; Hippocr. Gal. & in Epigr. l. 2. Item, χειρουργία, actio, vel operatio quæ fit manibus; dicitur de omni arte, quæ actionem habet manuum cum cognitione conjunctam; Plat. in Polit. Item, curatio, quam adhibet chirurgus, Gal. Diosc. Unde, χειρουργικὸς, chirurgicus, ad chirurgiam pertinens; & χειρουργικὴ τέχνη, vel ἐπιστήμη, ea pars medicinæ quæ sectione, ustione, &c. Uti docet; & in genere, sic dicitur scientia quælibet, quæ in manuum operatione qualibet versatur; i. e. quæ manibus exercetur, seu, quæ manus operâ indiget, &c. Omnia, à præced. χειρουργὸς, qui manu operatur, seu opus facit; opifex, operarius; & peculiari signif. is qui medicas manus alicui admovet; chirurgus; qui morbos, qui solutione continui, aut in partium externarum immoderatione consistunt, tollit, sectione, ustione, restitutione in naturalem situm, & medicamentis foris appositis, &c. V.

Χειρόχωλος, manu debilis, seu mancus; ex χεὶρ, ρὸς, & χωλὸς, ὁ, &c. Vide.

Χειρόω, ῶ, f. ώσω, mancipo, domo. Them. χεὶρ.

Χειρόω, præced. propriè, exp. idem quod χειρόομαι; id vide. Item, χειρίδιον, seu χερύδριον, τὸ, parva manus; Moschus, Idyl. 1. est diminut. à Them. χεὶρ, ρὸς, V.

Χείρω, deteriora, nom. vel acc. plur. n. g. pro χείρονα, οα, ω, à

Χείρων, ονος, ὁ, ἡ, pejor, deterior, comp. à κακὸς, malus, in superl. χείριστος. Th. χεὶρ vel ducamus à χρεία, indigentia, ut sit, qui indigentior sit. Est & Χείρων, CHIRON, nomen viri, dat. sing. Χείρωνι.

Χείρων, præced. exp. &, inferior; & pro eo Poët. dicitur, χερείων, & χερειότερος, item, χερίων & χειρότερος, & interdum, χειρότερος, &c. Dicitur autem, χείρων propriè, ὁ ταῖς χερσὶν ἥττων, καὶ ἐλάττων; teste Etym. vel, juxta alios, ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τὸ ζῆν, &c. V.

Χειρώνακτες, οἱ, nom. pl. à

Χειρῶναξ, κτος, ὁ, opifex, qui propriis manibus victum sibi quæritat; ex χειρἄναξ, contractum, q. d. ὁ τῶν χειρῶν ἄναξ, qui dominus est suarum manuum. Hinc χειρωναξία, ἡ, opificium.

Χειρωναξία, præced. exp. opus quod manibus fit; item, χειρωνάξιον, ου, τὸ, aff. ex Aristot. œcon. l. 2. pro vectigali, quod exigebatur viritim à vulgo; item, χειρωνακτικὸς βίος, dicitur, vita eorum qui manuum labore victum quærunt; omnia, à præced. χειρῶναξ, operarius; q. d. qui manibus imperat, ut, hoc vel illud agant, &c. V.

Χειρώνειον ἕλκος, seu χειρώνειον; ulcus malignum, inveteratum, oras habens duras, callosas, & tumentes; quod sic dicitur, quasi Chirone Medico opus habens, Diosc. Item, χειρώνειον, seu χειρωνὰς, herba etiam est, centaurium magnum; in append. Diosc. omnia, à præced. χείρων, V. Item, χείρωσις, εως, ἡ, subjugatio, subactio; actio robore manuum vincendi; ut &, χειρωτὸς, qui talis est, ut subjugari possit, qui manuum viribus superari potest; verbalia, à χειρόω, ῶ, seu χειρόομαι, οῦμαι, &c. Vide.

Χειρώσασθαι, a. 1. inf. m. verbi χειρόω, manuum viribus supero, domo, f. ώσω. Th. χεὶρ, ἡ, manus.

Χείσεται, capax erit, 3. sing. f. 1. m. verbi χείω, Poët. pro χέω, capio.

Χείω, capio, seu capax sum; Eust. unde, χεῖσθαι, capacem esse, capere; item, χείω, fundo, capax sum; utrumque à, & pro χέω, idem fundo, capax sum, &c. V.

Χελεὰ, idem quod χειὰ, caverna, latibulum serpentum.

Χελιδόνειος, ὁ καὶ ἡ, hirundininus; item, χελιδονιδεῖς, hirundinum pulli; Eust. & χελιδονίζω, hirundines imitor garrulitate; vel, barbarè loquor; ita ut, non magis intelligi possim quam hirundo; item, hirundini stipem colligo; i. e. circumeundo oppidanorum ædes, & cantilenam quandam canendo, de adventu hirundinis, Athen. l. 8. Unde verbalia, χελιδόνισμα, cantilena, quam canunt οἱ χελιδονίζοντες, & χελιδονισμὸς, ipsa circuitio, & collectio stipis; ut &, χελιδονιστὴς, qui hirundini stipem colligit; Hesych. omnia, à seq. Th. χελιδὼν, όνος, quod exp. &, piscis Polypo similis; Athen. l. 8. Item, cavitas ungulæ equorum; & cavitas in brachii hominis flexu circa cubitum; Hesych. Item, ornamenti muliebris genus quoddam; Eccles. c. 21. & in plur. χελιδόνες, barbari dicuntur, quoniam sermo eorum intelligi nequit; ut nec hirundinum garritus; atque indè etiam, χελιδόνιος λίθος, lapis Chelidonius; de quo Plin. 11. 37. ut &, χελιδόνια, scil. πόα, seu χελιδόνιον, scil. φυτὸν, hirundinaria herba; quæ ita nominata, vel quòd hirundines eam monstravere; vel quòd sub hirundinum adventum floreat; Diosc. 2. 121. Plin. 8. 27. Item, χελιδονίας, idem quod χελιδόνιος, sed est &, nomen piscis; apud Athen. l. 8. & venti; apud Plin. 2. 47. Item χελιδὼ, όος, ἡ, idem quod seq. Th. χελιδὼν, hirundo, &c. V.

ΧΕΛΙΔΩ'Ν, όνος, ἡ, hirundo. q. à χείλη δινεῖν, quod scil. labia agitet: vel quod χείλεσιν ἄδει, labiis canit.

Χελὺς, idem quod χέλυς, testudo, &c. V. Item, χέλυδρος, testudo marina; seu aquatica: ex χέλυς & ὕδωρ, τὸ, sed exp. & venenatus serpens; qui alio nomine, δρυΐνος, dicitur, apud Nic. Item, χελῦς, instrumentum musicum; testudo; Hesych. & χελύειν, tussire, apud eund. Item, χελώνη, ἡ, itidem testudo; item, instrumentum bellicum; & musicum etiam, cithara; & signif. etiam, ungulam; teste eod. sic &, χέλυον seu χέλειον, testa, quâ integitur testudo; omnia, itidem ab eod. Th. χέλυς, V. Sed χελώνη, exp. etiam, labium, labrum; & sic est, idem quod, & à Th. χεῖλος, τὸ, Suidæ autem est, τὸ ἄνω χεῖλος, superum labrum; atque inde, χελώνιον, τὸ, labellum; & χελωνοίδης, ὁ, labeo, labrosus; i. e. ὁ τὰς χελώνας, ἤτοι χείλη ἐξοιδηθεὶς, Eust. scil. ex χελώνη & οἰδέω, f. ήσω, ita ut, significet, qui turgidis seu crassis est labris, &c. Vide.

ΧΕ'ΛΥΣ, υος, ἡ, testudo, animal quod testam gerit; item CHELYS, instrumentum Musicum ab animalis similitudine sic dictum: pectus; machinamentum. Hinc χελώνη & χελώνη, ης, ἡ, idem.

Χέλυς, præced. animal durissimæ testæ; exp. etiam, teste Hesych. testudo; i. e. lyra, seu cithara, &c. V. Item, χελύσκιον, quod scribitur &, χελίσκιον, ου, τὸ, exp. sicca tussicula, quâ nihil excernitur seu exspuitur screatu; Hippocr. ut &, χέλυσμα, τὸ, dicitur assamentum, quod postremùm clavis substernitur carinæ, & affigitur, nè atteratur frangaturve, quum navis subducitur; Theophr. 5. 8. affer; σανίδωμα, i. e. statumen carinæ; utrumque, à seq. χελύσσομαι, sive χελύττομαι, & Poët. χελλύσσομαι, è pectore ejicio, &c. Vide.

Χελύσσομαι, expectoro, eructo, tussio: à χέλυς, pro pectore.

Χελύσσω, Spartanis est, tussio, screo, βήσσω, à quo part. χελύσσοντα, apud Lycophr. quod Etym. exp. navi permeans, natans; ejus pass. præced. Vide.

